mmerc.
101.

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id370197097/1
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

H. Anf. 3157

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id370197097/2
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id370197097/3
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

J. J.

# ADRIANI BEIERI, JCti,

Cameræ Ducalis Saxo-Jen. Syndici, Il-
luſtris Regim. Aulici & Curiæ Provincialis Advocati
Ordin. & Senatui Oppid. à Conſiliis.

## TRACTATUS
DE
# JURE PROHI-
# BENDI

Quod competit

## OPIFICIBUS ET IN
## OPIFICES.

Von der

# Zünffte Zwang.

---

JENÆ,
Literis JOH. DAV. WERTHERI,
MDC LXXXIII.

352. Jus Opificiarium
Jur: No: 3157.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id370197097/5
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

SERENISSIMI PRINCIPIS
AC DOMINI,
DN. JOHANNIS GEORGII,
DUCIS SAXONIÆ, JUL. CLIV.
AC MONT. &c. &c. &c.

DNN. CONSILIARIIS STATUS
ATQVE REGIMINIS AULICI
EMINENTISSIMIS:

*ILLUSTRISSIMO COMITI AC
DOMINO,*

DN. GEORGIO LUDOVICO,
BURGGRAVIO DE KIRCHBERG,
DOMINO IN FARNRODA,
Pro-Principi, Conſiliario Statûs,
atque Cameræ Præſidi:

Comiti ac Domino meo Per-
Clementi.

IL-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id370197097/6
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

*ILLUSTRI ATQVE GENEROSISSIMO DOMINO,*

# DN. VITO LUDOVICO de SECKENDORF,

ex Sacri Romani Imperii liberis Equitibus Domino in Obernzenn, Toparchæ in Meuſelvviz, Conſiliario Statûs:

Statuum Provincialium Ducatûs Altenburgenſis Directori,

Domino meo Gratioſo.

*MAGNIFICIS, PRÆNOBILISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS ATQVE CONSULTISSIMIS DOMINIS,*

# DN. ELIÆ HENRICO AVEMANN,

JCto, Secretioris admiſſionis Conſiliario, & Sacri Conſiſtorii Præſidi, &c. &c.

DN. NICOLAO CHRISTOPHO-
RO LYNCKERO,
Conſiliario Aulico, & in Illuſtri ad Salam
Profeſſori publico, Facultatis Juridicæ Seniori, Curiæ
Provincialis & Scabinatûs Aſſeſſori, &c.

DN. JOHANNI JACOBO
SCHMIEDT,

DN. MAURITIO GERHARDO,
JureConſultis, atque Conſiliariis Regi-
minis aulici ſplendidiſſimis,

Dominis meis, Patronis atque Pro-
motoribus jugi obſervantiâ colendis:

*Inſcriptum, dicatum, ſacratumque eſſe*
*jubeo præſens opuſculum*

ADRIANUS BEIER.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id370197097/8 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

NOBILISSIMO CONSULTISSIMOQUE

# DN. ADRIANO BEIERO,

U.J.D. Excellentiſſimo, Judicii Provincialis ac Regiminis tutelaris Advocato ordinario, *Amico ac Fautori honoratiſſimo*

S. D.

PETRUS MÜLLERUS, D. Profeſſ. Pandect. in Acad. Jenenſi Publ.

QVæ hiſce diebus communicaſti μελετήματα de Collegiis Opificum, eorumq; diverſis juribus, in primis placuerunt. Argumentum ſedulitate Tuâ, experientiâ & doctrinâ varia digniſſimum. Sæpius cogitavi hactenus, quando amplitudinem diſciplinæ legalis ac prudentiæ communis animo mecum repetii, plurima libris mandata quidem eſſe à noſtris, inæquali ſtudio & conatu, ſed majorem partem eorum, quæ uſu fori teruntur, & veluti leviora cenſentur à plerisque, ſupereſſe adhuc, ingeniaque præſtantiſſimorum ad cultum ſui vocare. Longum foret, heic per capita ſignare omnia, quæ jacent vel neglecta plane, vel ſtrictim propoſita. In præſenti tuemur negotio, quantum interſit, ubique ſui muneris eſſe memorem, ac quavis data occaſione legum prudentiæ conſulere, ne

quid à poſteris fruſtra deſideretur. Seneca inter ſuos quondam ſapientiſſimus, nec ſtudii civilis ignarus, inventis addere facillimum putavit; at de integro docere, quod proprio ſucco & ſanguine natum, magni & felicis eſſe indolis judicabat. Opificum ſtatuta, conſuetudines, jura, nonnulli attigerunt, & bono civitatis ediderunt. Verùm univerſalior, & ut ſic dicam imperfectior eſt illorum labor. In rem ipſam nunquam venere, multo minus diſcendæ huic notitiæ commoda tradidere monita, ex factis decreta, & cavendi modos, quibus tamen præcipue fori ſectatorem intentum eſſe decet. Quanto igitur luculentiora commoda hæc Tua de Opificum collegiis tractatio, ex provectioribus juris peritis, & prima judicii ſui rudimenta poſituris in cauſarum patrocinio, allatura ſit, facile patet. Operam eandem dediſti antehac ſæpius in præclaris ingenii tui monumentis vulgandis, quam hoc legum ſpecimine omnino ſuperas, & librum condis, unde nomen tuum poſterorum feliciſſimæ transmittatur memoriæ, quam & ipſe animo & ſincero pectore ætatem ſervabo. Vale quàm diutiſſimè ex animi ſententia & me ama. Jenæ è Muſeo IIX. Kal. Jul. cIↄ Iↄc LXXXIII.

CAP.

# PROOEMIUM.

NOn ita multi ſunt menſes, quando Prudentiæ Juris Opificiariæ, quam meditamur, primum ſpecimen & quaſi Prodromum, in perſona Tyronis opificiarii publico dedimus; ubi, pro exigentia materiæ, potiſſimam induſtriæ partem in effigiando, veſtiendoque novo homine impendendam habuimus: neque evenire igitur potuit aliter, quin multa, tum ad cognitionem ſtatûs ipſius, tum ad ordinem doctrinæ pertinentia debuerint adduci, unde ex facie hominis externa, meram Proſopographiam colligere, & plus Scholæ, quàm uſui datum exiſtimare quis poſſet. Quare, licèt ab initio, & Magiſtrum & Boëthum eidem ſuccenturiari, apud animum noſtrum conſtituerimus, attamē ſententiâ mutatâ, miſſisq; thematibus, quæ ob affinitatem cum priori, methodum haud magnopere diverſam admittere viſa, tædium his quos varietas delectat, parere poſſent, aliud in præſens, idque foro magis accommodatum in medium adferre placuit,

)( cuit,

cuit, de Jure videl. Prohibendi, quod integris competit Collegiis, aut certè ſingulis, ſub auſpiciis tamen collegiorum. Nim. Tyro, ipſe plerumque impubes & procreationi ſobolis immaturus, controverſiarum forenſium gignendarum minus aptus eſt, neque etiam tanti hactenus æſtimatur, ut ipſius gratiâ prolixi inſtituantur proceſſûs, dum vel cœteræ Opificum cauſæ ſunt ſummariæ, neque omnes ad tribunal ordinarium deferuntur, adeoque paucæ, quæ circa ignobile adeò ſuboriuntur objectum, aut maturè conſopiuntur, aut minori partium æmulatione, conſequenter citra implorationem Advocatorum tractantur, qui plenius elaboraturi capita controverſa eſſent. Conversâ vice, ubi negotium concernit ipſos Magiſtros aut integra Collegia, horumque jura, & ſic res majoris momenti, ſanè, longè fervidius hinc atque inde pugnatur, Cauſidici lautiori conducuntur ſtipendiô, atque adeò ad omnes nervos intendendos animātur, quidquid ſeu in facto ſeu in jure latet, ſcrutandi, deducendiq; : unde non ſolùm cauſas numerô plures, verum ſtudioſius quoque inveneris elaboratas; Eritque thema hoc longè jucundius lectu quàm alterum illud, partim ob materiarum varietatem, partim ob fundamentorum pro & contrà productorum gravitatem

Fal-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id370197097/12 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Fallor; aut hæc eſt illa Fori Tritura atque Diſputatio, de qua Pomponius in *l. 2. §. 5. ff. de O. J.* quæ Prudentium fit induſtriâ, ubi non ſuper caſibus fictis, non ab adoleſcentibus, non exercitii ſolùm gratiâ, ſicut in Scholis, neque argumentis fortè ſuper definitione minùs ritè efformata, inani diſceptatione altercatur, ubi neque victus ullam metuit executionem, neque victor evadit locupletior, denique Judex non alias, quàm Præſidium quod vocant, accipit ſportulas: Unde diſputationes academicæ contemptim à quibusdam ceperunt haberi. Quas tamen, ſeparatô abuſu, utiles, quin neceſſarias, adeoq; omninò retinendas puto, tanquam vera fori præludia, & ludicra ſeriis præmittenda certamina. Quid enim aliud, quæsò Proceſſus forenſis eſt, quam Diſputatio, cuius Præſidem Judex agit, Reſpondentis vicem Reus, Actor autem opponentis partes ſuſtinet? Theſes ad ventilandam propoſitæ, ſunt iura partium; diſputationis exitus Exſecutio eſt, & non contemnendum victoriæ præmium: quare ſeriô & ſtudiosè res agitur, dum in bello, etiam civili, plus ſemel errare periculoſum eſt. Dum igitur vita Advocati tota, mera diſputatio eſt, quis vetabit hos, quibus aliorum Fortuna, Exiſtimatio, Vita tuenda, quin & Reſpublica in partibus adminiſtranda quondam credetur,



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id370197097/13
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

detur, tempeſtivè ad ea omnia, mediis idoneis ſe præparare, Ne, ubi ad rem ventum eſt, aut ſtrepitu pugnæ tanquam re inſolitá terreantur, aut cum periculo partium diſcere teneantur. Id probè, meô quidem judiciô, reputârunt Nobiliſſimi atque Eruditiſſimi Juvenes, DN. CHRISTIANUS SCHULZIUS Guſtrovienſes, DN. HENRICUS KRAFFT, Malchinenſis, nec non DN. SEBASTIANUS MEIERUS, Guſtrovienſis, dum perpetuas hujus thematis diſputationes forenſes animadvertentes, ad cathedram Academicam eas revocare, diviſoque inter ſe per partes tractatu, reſpondentium vices ſuſcipere, atque adeoque libellum ipſum in publicum promovere voluerunt: propter quam benevolentiam mihi tenus hac exhibitam gratias publicè illis agere civilitas & gratitudo me juſſit. Tu Lector benè vale ac mihi porrò fave!

---

## INDEX CAPITUM.


1. *Probibitio, Quid, & Cui competat.* p. 1.
2. *De Probibitione ex capite diverſæ profeſſionis.* p. 5.
3. *De Probibitione ob diverſitatem loci.* p. 16.
4. *De Jure probibendi ex mutua conventione.* p. 22.
5. *De Jure probibendi quod competit in Boëtbos.* p. 28.
6. *De Probibendo artis exercitio.* p. 47.
7. *De Atteſtatis doctrina probibitis.* p. 54.
8. *De Probibenda Negotiatione.* p. 59.
9. *De Probibendo Jure Coloniarum.* p. 67.
10. *De Probibita Opificum Habitatione.* p. 80.


Cap.

# Disputatio Prima,

## Reſp. CHRISTIAN Schultz / Güſtrov.

## Cap. I.

## Prohibitio, Quid, & Cui competat.

§ 1.

Opificium in ſe *Facultas eſt Naturalis*, licèt Ars Naturam perfecerit; & conſiſtit in facto, neque ex eo ut tali, ulli hominum competit licentia prohibendi alium, quo minus idem vel ſimile opificium exerceat, aut ſaltim pro re nata, ad neceſſitatem vel utilitatem œconomicam, aut jucunditatem, temporis terendi, Corpus animumq; exercendi, uno vel altero caſu aliquid iſtuc pertinens elaboret. 1. Eſt enim *res meræ facultatis*, non minus atque per viam publicam ire, per flumen navigare, ædificare, quæ cuivis, etiam poſt ſeculi decurſum adhuc facere licent. 2. Sed quemadmodum contradictione ſuâ, cui alter acquieſcit, jus alterum impediendi aliquis adquirit: Ita, ex quo Collegia Opificum certa ſunt enata, ſuisque privilegiis communita, non minus *facultatem probibendi* conſecuta ſunt; idque ipſo Jure. 3. Legis virtutes, ſecundùm Modeſtinum *lib. 1. regul.* quatuor ſunt: Præcipere, Prohibere, Permittere, Punire, *l. 7. ff. de LL.* Evenit autem, ut ſecunda illa privatis etiam competat, quando Princeps eorum uni, vel pluribus ſub eodem genere comprehenſis, ex his quæ al. jure communi libera erant, aliquid cum aliorum excluſione concedit: qualia ſunt opificum pleraque. 4. Horum quippe apparatus jurium omnis, totusq; theſaurus, cento juris civilis eſt, ex his conſarcinatus, quæ liberi erant arbitrii: Et, ſi *originem juris opificiarii* perquiras, jus naturale inveneris reſtrictum. Unde, ſi quis priſtinæ libertati pertinaciter inhærens operari pergat, contradictionem illorum experietur, innixam privilegio ſuo, inducto ab hoc, cui actuum ſeparandorum, negociaque diſtribuendi facultas competit.

5. §. 2. Eſt igitur Jus Prohibendi, quantum ad opifices attinet, Facultas moralis, Collegiis rite conſtitutis ex vi privilegii ſui competens, ad cœteros, qui non ſunt de illo corpore, ab uſu & exercitio illorum quæ ad eandem artem pertinent, arcendos, opificiorum
6. promovendorum gratiâ conceſſa. *Collegiis* inquam: Dantur nim. & alii, qui, ut ſinguli etiam, alia jura cum excluſione cæterorum, v.g. venandi, paſcendi, Juris dicundi & ſim. nacti ſunt. Diximus: *quantum ad opifices attinet*; quia ſunt & mercatorum, braxatorum, aliaque forſan plura collegia, ſimili poteſtate legitimâ prædita, ad effectum aliquid agendi cum excluſione aliorum, & conſequ. illos
7. cohibendi, impediendive: Sed non ita ſterile eſt argumentum noſtrum, ut pro nanciſcenda ſcribendi copia quidvis obvium arripere oporteat: quare, tranſeant nunc cœtera, de Opificibus thema eſto. Subjectum activum, Collegia integra ſunt, ac per ea, ſinguli qui ſunt de Collegio: Subjectum paſſivum innuimus per *cæteros qui* cùm *de collegio non ſunt* aliquid tamen de juribus ipſius arro-
8. gant ſibi. Diximus porro: *Vi Privilegii:* ad innuendam cauſam efficienté, quia utrique, tam Univerſitas quàm ſinguli, non ſuâ ſed legis autoritate, quæ conquerentes de turbationibus atque invaſionibus tuetur, & remedia in jure propoſita accommodat, iſthôc beneficiô utuntur. Per ea *quæ ad certam artem pertinent*, intelligimus Objectum; ſuntque actûs cæteroquin liciti, atque ante id hac meræ facultatis, nunc collegio attributi; ad majorem artis exercendæ
9. fructum pertinentes. Unde quoque per verba: *opificiorum promovendorum:* cauſam finalem exaudimus; omnia enim tendunt ad opificiorum incrementum; quanquàm in fine ſalus quoque & ſufficientia Reip. exeat: dum res artificiaria in æquilibrio cum reliquis conſervatur. Ratio formalis conſiſtit in *vi prohibitiva* actuum contrariantium, non illa privata & ſibi ſumpta, ſed rite & à ſuperiori conceſſa. Efficiens igitur Princeps eſt, & quicunque
10. per ſubordinationem ad conceſſionem *privilegii* eſt aptus. Conſideratur autem illa Facultas, quantum ad rem opificiariam attinet, modò *paſſivè*, quatenus aliis adverſum collegia aut ſingulos collegiorum agendi prohibendive jus adſeritur; quo de *infra* ſuô ordine & locô: *c.ult.* modò *activè*, quatenus opifices adverſum alios quovis modò eos in ſuo jure turbantes jus prohibendi exercent:

quia, quæ ex conceſſione & confirmatione Principis aut ſtatutis, 11.
Rollen/Innungsbrieffen habent, privativè & cum aliorum excluſione poſſident; ex Paul. de Caſtr. *in l.12. n.4. ff. de judic*. Berlich. *deciſ. 26. n. 19.* Non immeritò igitur alios abinde arcent ac prohibent. Br. *v. 4. Conſ. 463. n. 5.* Berlich. *d. l. n. 20.* Sed *differt* ab 12.
hac facultate *Ius* illud *interdicendi*, quô in ſuos utuntur vi cujusdam Jurisdictionis, quô aliquos ob delictum quoddam opificiarium jubent eſſe irregulares, atque tamdiu à jure & communione ſuſpenſos, donec cauſam expediant. Competit autem jus hoc ex moribus mage quàm jure ſcripto, & præſertim ex interpretatione privilegiorum extenſiva uſuali, qua Jurisdictionem ſibi in ſuos adſcribunt: habetque pro objecto, non turbativos, ſed actûs in ſe licitos, hactenus autem intermittendos, donec cauſam peregerint Rei. Subjectum paſſivum erunt non alii quàm qui ſunt de colle- 13.
gio: Finis eſt coërcitio, ſeu ut actûs à moribus opificiariis exorbitantes compeſcant; ſubjectum igitur activum, integrum eſt collegium, non ut privatum, ut jure coram aliis contra alios experiatur, ſed ut publica perſona, vi Jurisdictionis actum coërcitivum exercens. Denique Jus prohibendi vel legale eſt vel Conventionale, *v. §. 12. h.*

§. 3. Competit igitur Jus Prohibendi *in genere* cuicunque 14.
jura peculiaria ſunt conceſſa; Nam liberorum ſeu quæ indifferentia ſunt relicta, nulla eſt prohibitio: exceptio quippe firmat regulam in caſibus non exceptis. Sive ſinguli ſint, ſive univerſitates. Dantur enim artifices, qui ob raritatem ſodalium ſinguli vivere tenentur, & hi privilegiis proſpicere ſolent ſibi. Prout ſuô locô oſtenſum. Tale privilegium poſt alios urget Pharmacopæus adverſus Aromatorios, vulgò Materialiſtas; tale inſuper nactus Typographus aulicus ante hoc decennium, cujus vigore prohibet Bibliopegas, libellos ſcholaſticos aliunde inferre atque juventuti Scholaſticæ divendere, de quo alibi, *n. 317.* Sed *in ſpecie* inter Opi- 15.
fices directò, ſuô quodam jure atque immediatè competit Collegiis: cuj9 rationem non eſt ut longinquè arceſſamus, ſunt enim (1) Privilegia his ipſis conceſſa, h.e. verba non in ſingulos, ſed univerſitaté concepta: quis prohibebit igitur uti rebus legitimè quæſitis? cum præprimis cujus nomine fuerunt quæſita. (2) quia titulô ſat

oneroſò acquiri ſolent, non debet ergò quisquam fructûs perci-
16. pere alius quàm cujus expenſis ager eſt conſitus: Accedit (3) quod non raro nova inventa non ſine ſudore, induſtriâ, ſumptibusque produxerunt, publicæ rei opidò proficua, quorum fructu caritura omninò eſſent, aliis ad ſe manufacturam illam liberè trahentibus. Jam verò (4.) officiô alieno nullus artifex uti debet, ſed ſuô tantummodò: ne officia turbentur, per tx. in *l. 23. C. de Teſtam. l. 2. C. de Execut. & act. Lib. XII. c. 1. aiſt. 89. J. c. 32. de Præbend. in 6.*
17. Quò facit (5.) quod Fabricenſes debeant artibus propriis inſervire, i.e. Fabricis, *l. 3. C. de Fabricenſ. Lib. XI.* ubi gl. & puniendi ſunt qui alterius officio ſe immiſcent. *l. 4. C. de Numer. & act. Lib. XII. l. 10. C. de Prox. Sacr. Scrin. Lib. XII.* ubi gl. *l. 5. C. qui mil. poſſ. Lib. XII. l. f. C. de Domeſt. & Aſſeſſ.* Quos texx. ad hoc allegat Georg.
18. de Cabedo, Hiſpanus *part. 1. Deciſ. 158. n. 2.* Quin & (6) ut quis artificium aliquod exerceat, oportet ipſum eſſe examinatum, ab eoque collegio dignum artificiô judicatum, ſecundùm Gl. in *d. l. 3. C. de Fabricenſ.* Georg. de Cabedo *d. l. n. 3.* quod certè non accidit, ſi quis fraudulenter alterius operas ſibi arroget, alterius-
19. que opificis laborem & exercitium ſuum facere velit. Rectiſſimè hinc prohibuit Senatus Potentiſſ. Elect. Sax. Aulicus, pannifices Francklebienſes, conficere pannos Atrebatenſes, Veſalienſes & id genus alios, ab inferioris Germaniæ populis excogitatos, vulgò Harras/ und Niederländiſche Wahren; in quibus texendis Linteones multum impenderant laboris: At, ſine ſpe lucri, ſi pannificibus hiſce operis abſtinere non fuiſſet mandatum, v. Carpzov.
20. *L. 1. Reſp. Elect. 47. n. 8. ſqq.*

§. 4. Hoc tamen requitur, ut qui alios vult prohibere, ipſummet oporteat antè privilegiatum & reſpectivè jure Collegii communitum eſſe. Illi qui nondum ſunt collegiati, confirmati & peculiaribus ſtatutis ac privilegiis dotati, nondum etiam habent aut exercere poſſunt Jus prohibendi alios qui in vicinia conſidere volunt, prout ante aliquot annos diſputatum fuit, quàmvis perperam, in cauſa Mich. Heinr. Roſt, nomine Pectinariorum Jenenſium adverſus collegia extranea, colonias in hanc provinciam emittentes: quo de *infra ſuô locô.* Unde qui cupiunt
21. prohibere, Docebunt anteà Jus quæſitum, producendo ſua privilegia. Attamen & hoc notandum, quòd Jura collegiorum quædam

magis

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id370197097/18 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

magis quadrent in ſingulos collegii, quædam non niſi univerſitati ut tali poſſint competere, prout *infrà ſuô locô*. Unde quoque ratione horum, non niſi collegium agere, aut victoriæ fructum percipere poteſt: Illorum vero intuitu certâ ratione, mediante ſc. collegiô & ſub illius auſpiciis, ſingulis quoque Magiſtris facultas aliqua prohibendi competit. Interque illa & hoc, adverſus ſuosmet 22.
ſodales & contribules, de non temerè elocando operas ſuas conductori, ac non prius recipiendo novum Dominum, quàm certi ſint, mercedem operarum alteri jam exſolutam, Sollen keinen Arbeits-Herrn annehmen/bevor ſie gewiß/daß ſelbiger ſeinen vorigen Meiſter befriedigt. Idque curant certa collegia ſtatutis ſuis inſeri, prout Fabri quondam habuerunt. conf. *R. J. 1594. §. 123.* Auguſti Ducis Br. & Lun. Tax-Ordn. *de A. 1645. 29. Novembr. Tit. 31. §. 8. p. 389.* Sed cavebunt, ut modeſti illo jure & abſque cujus- 23.
quam injuria utantur: alioquin inſtitutâ deſuper querelâ, mulctam ægerrimè evitabunt; ſi præprimis ſolutionem alter doceat. Ita in cauſa Hilgund contra Chriſtoff Martin, qui per collegii Juniorem Steubio contribuli denunciaverat, ne opus ab Hilgundo commiſſum perficiat, ob hoc, quòd ipſi plenè nondum ſatisfeciſſet; Ad factam autem relationem, quâ Steubius opus renunciaverat, interdictum ſeu prohibitionem negavit, additis exſecrationibus, Es rede ihm ſolches ein Schelm nach. *13. Sept. 1675.* Quàmvis 24.
autem jus hoc ad ſolos Magiſtros pertineat, neque Boëthi ſeu ſocii in ejusdem participationem ab illis admittantur; in tantum, ut vel adverſus illos ipſos tanquam Turbatores ſtent in excubiis, obſervatores ſatis vigiles: Nihilominus odium hoc adverſus omnes extraneos, tanquam venenum boëthis maturè inſtillare norunt Magiſtri, atque adeò illos exacerbare, ut non raro magis in turbatores, quâm ipſi ſæviant Magiſtri. Præprimis Sartorum ad- 25.
jutores alicubi locorum, ſicubi Turbatorem, quem Stöhrer vel Böhnhaſen vocant, deprehenderint, miſerè tractant, atque inter alias injurias acum per pollicem adigunt ſeu transfigunt, eoque ipſo ad omnem ulteriorem operationem inidoneum reddunt.

## CAP. II.

## De Prohibitione ex capite diverſæ Profeſſionis.

26. §. 5. Utuntur autem hôc jure adverſus omnis generis ho-
mines, ſingulos, & collegia, ſeu ejusdem ſeu diverſæ profeſſionis,
Magiſtros & Boëthos; ſed potiſſimùm (1.) adverſus *Extraneos*,
quos vocant generatim, qui non ſunt de Collegio, præſcindendo,
an ſint ejusdem civitatis incolæ, an alterius; in tantum, ut licèt
idem ſit opificium, ut conſtabit *inferius:* nunc de ſolis, qui non ſunt
27. Opificio, die nicht des Handwercks ſind. Cujus ratio eſt manifeſta,
Nam artem quam quisque callet, in hac ſe exerceat. Tuum quod
non eſt, hoc ſcias ad alios modis omnibus pertinere. Falcem non
debemus in alienam Meſſem immittere, & ſi quæ alia paſſim obvia.
28. Sed hoc tamen notetur: Si quis *inveniatur in poſſeſſione*, eum non
immeritò tuendum, donec conſtet de injuſtitia poſſeſſionis: quid
enim, ſi antiquior ille ſit collegiô, vel novô collegii jure? tunc
29. enim non turbaret ipſe, ſed turbaretur. Notes ſecundò, Hoc Tri-
buum jus ad *Loca Exempta* & privilegiata, ab iis habitata qui non
ſunt ſub Jurisdictione oppidana, v. g. Freyhäuſer/ qualis niſi fallor
eſt hîc loci ad cervum viridem, cujus poſſeſſor in prima inſtantia
coram Regimine conveniendus, minimè eſſe porrigendum: prout
ita judicatum refert Dn. Fritſch. *de jure Colleg. p. 1. c. 3. n. f.* add.
Meichſner. *Tom. 4. Deciſ. Cam. 27.* Gylman. *Tom. 2. Symphor. p. 3.*
*T. 7. vot. 1. n. 1.* Lindenſpühr. *Comment. ſuper Jus provinc. Wurtem-*
30. *berg. fol. 214. n. 9.* Ubi nec Academias, aliasque perſonas hôc
tribuum jure ligari ait. Uſu tamen videmus, alicubi Magiſtros
& boëthos his operas locantes à cæteris expelli. Lipſiæ tamen
permulti opifices Collegia academica inhabitant & operantur
nemine eos turbante. *Conſuetudines* E. & *jura locorum* erunt at-
tendenda.
31. §. 6. Ad rem ut accedamus, Exemplum nobis eſto unum *Re-*
*ſtionum* collegium, quod ſuper negotiatione olei, facularum pi-
cearum, & rebus quibusdam aliis eſt privilegiatum, adeoque mul-
tas adverſus diverſos & movet, & ab aliis patitur contradictiones.
Nam *venditionem Picis*, & Senatus exercet, & Victores ſibi vendi-
cant; *Faculas picatas* conficiunt & venum exponunt ex Mercatori-
32. bus illi quos Materialiſtas dicimus. Potiſſima tamen cum *Olea-*
*riis* eſt controverſia: Sunt autem hi duum generum: Alii Molito-
res, Oel-Müller/ qui ipſi oleum exprimunt ac præparant; Alii ſal-
tim

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id370197097/20
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

tim Propolæ, qui à molitoribus doliatim emtum, minutatim rurſus divenduntt, Oelhöcken. Ad *priores* illos negociatio hæc tanquam genitalis pertinere videbatur, adeoque vel Reſtionibus litem movere audebant ante annos hos viginti & quod excurrit; ſed *poſteriores* pacati cum Reſtionibus vivunt, imò pro receptione & negociandi licentia, ratam ſuam contribuunt. Vertebatur au- 33.
tem *ſtatus controverſiæ* non de reipſa & in eo, Utrum Oleariis negotiatio olei competat? quam utique largiebantur Reſtiones duplici declaratione: (1.) dum in majori quantitate ſimul divendant, (2.) ut in molendinis ſuis tanquam officina & fabrica olei, nec non in foro publico, ibiq; minutatim diſtrahant: Sed hoc ſolum impugnabant, Ne in ædibus ſuis oppidanis peculiares inſuper tabernas hujus gratiâ inſtituant. *Cardo* igitur *negotii* erat: Utrum in ædi- 34.
bus oppidanis ſtatas atque æternas olei tabernas minutæ venditionis causâ liceat habere, his, qui & in foro minutatim jam tum, & in molendinis in copia majori divendere non prohibeantur? Negabant Reſtiones; *affirmabant Olearii*; ac deſuper coram Senatu d. 16. Febr. 1660. tanquam turbati conquerebantur. *Rationibus* 35.
*moti* ſqq. (1.) Quòd Emtio Venditio contractus ſit Jure Gent. licitus. (2.) Quod cuique Patrif. integrum ſit, res ſibi natas, ſicubi modò carere iis queat; cuique inſuper Opifici, ſuas divendere manufacturas. (3.) Quòd nemo impediendus ſit vivere ex ea arte, quam ſe alendi gratiâ didicerit, maximè ſi nec didicerit aliud, nec aliud juxtà liceat exercere. (4.) Quòd his qui onera ferunt pu- 36.
blica, permittendum ſit aliquod remedium ſe ſuſtentandi, artem continuandi & publicas illas expenſas faciendi. Jam verò, non ſteuras modò de molendinis extra urbem, deque domibus intra eam ſitis, verùm vectigal pro ſtatione, Standgeld/ atque telonium Geleit/ in foro atque urbe pendant: Nihil ergò prohibeat, quò minus pari commodorum numerô pro tot oneribus fruantur. (5.) Maximè, quia diverſô conſiderentur reſpectu: atque in Mo- 37.
lendinis quidem, ut artifices; in ſuis ædibus, ut cives; in foro publico, ut quivis, alii œconomi atque patresfam. pagani; als Land-leute. cuivis igitur conſiderationi ſuum lucrum debeat reſpondere, ſicut diſtinctum impoſitum ſit onus. (6.) Quod usque huc in immemoriali eaque quieta fuerint poſſeſſione, in eaque impoſte-

rum

37. rum manutenendi. (7.) Accedat ipſe Reſtionum Rotulus ſeu privilegium de An. 1616. quod loquatur tantûm de Propolis, von denen ſo Oel einkauffen und wieder verhöcken: Nihil igitur ad Olearios! qui (8.) conceptis excipiantur verbis, eorumque jura ipſis ſalva reſerventur. §. Sondern denenſelben: ibi: Denen Oelſchlägern und Oelträgern an ihrer Nahrung und Verpfennigen des Oels von denen Seylern kein Eintrag gethan werden. Ipſos
38. denique (9.) Reſtiones fateri, Non velle aut poſſe Oleariis negotiationem prohibere; ſed, dum ne ſuis in ædibus intra urbem vendant minutatim: At, hanc diſtinctionem eſſe cerebrinam, ſtatutoque penitus ignoratam. Ubi autem lex non diſtinguit, nec noſtrum eſt diſtinguere. Maximè, quia negotiatio Oleariis vi opificii ſui competens, ipſis genitalis eſt, Reſtionibus autem privilegiô extrinſecus tributa, Non ergò in præjudictum Tertii extendenda, nec plus extraneis quàm liberis tribuendum.

40. §. 7. *Reſtiones contrà* muniebant ſe (1.) Privilegiô ſibi gratioſè indultô, cujus intuitu fundatam gloriabantur habere intentionem. Cui (2.) Accedebat ejusdem viridis uſus & obſervantia, dum & olim ad eorum inſtantiam Præfectus Quæſturæ Jenenſis, his, qui negociationem olei & picis in proximis pagis Wenigen-Jelzna & Cambsdorff attentaverant, Merces auferendo, col-
41. legium eſſet tutatus: Et non ita pridem, Oleariis aliquid molientibus, judicialiter contradictum fuerit, Cui etiam Olearii adquieverint. Imò (3.) unius ex actoribus Andreas Wolffens parens, quondam itidem Olearius, nunquam ſimile auſus, non intermiſſurus, ſi jure id licere ſibi arbitratus. Eſtò igitur, ut *ad Object. (1.)*
42. *Reſp.* Emtio Venditio contractus ex jure gent. liber! non eſt tamen adverſ9 jus civ. munitus privilegiô, quò minus augeri minuive, addi aliquid vel detrahi poſſit; quemadmodū multiplicem mutationem actualiter expertus fuerit; maximè hôc ipsô Reſtionum privilegiô, ratione Loci & Modi: propter opificii tenuitatem, quod, abſque adminiculo negociationis, virum ſuum commodè
43. ſuſtentare haud ſit idoneum. Ad (2.) Reſp. Nondum equidem conſtare, Utrum Profeſſio iſthæc, olei molendinô exprimendi, ſit opificium: quia neque collegii jure gaudeant, nec tyrocinium faciant, non peregrinentur artis augendæ ſeu perficiendæ gratiâ: Non

Non edant inſuper magiſterii ſpecimina, non ſtatum ambiant ob-
tineantve magiſterialem: quin Ruſtici æquè ac fœminæ iſtud ex-
erceant calleantve, citra omnem aut contradictionem aut infor-
mationem Oleariorum. Verùm, hiſce ad interim ſepoſitis, aliud 44.
conſiderandum; ſc. quod plerique Olearii, abjectâ profeſſione ſuâ,
molendina exteris elocaverint oleariis, qui ipſi actu molendina
inhabitantes, non immeritò pro talibus reputentur, ac jura opifi-
cio ſuo debita factô ipſo, ſuoque nomine exerceant: Non igitur
& Locatores urbem nunc ingreſſi, eadem valeant exercere, & ſic
duo Magiſtri unius ejusdemque officinæ beneficiô frui; multô mi-
nus oleum in vim mercedis ſeu penſionis acceptum, pro ſua manu-
factura jactare. Ad (3.) Reſp. dignum eſſe, ut quisque vivat ex ea 45.
arte quam ſui ſuſtentandi causâ didicit; dupliciter autem id fieri
poſſe, vel in natura, vel in æquipollente: non tamen utroque ſi-
mul: prius fieret, ſi in molendinis & ſtatione ſua ſubſiſterent: po-
ſterius, ſi aliis ceſſerint; nam & qui locat, utitur. *l. 12. §. 2. ff. locat.*
dum unum elegerunt, variare in aliorum præjudicium haud debe-
bunt: quin, ſicut ars non niſi una atque ſimplex eſt, non niſi unâ vi-
ce eâ uti poſſunt. Ad (4.) Reſp. quod utique bonum eſt, quemvis 46.
pro commodis, quibus in Rep. fruitur, onerum partem ſuſtinere:
Ita tamen tributorum ſuſceptio non eſt modus aut ſufficiens titu-
lus, lucrum alienum attrahendi, aut alienæ profeſſioni ſe immi-
ſcendi. Collectæ non præcedunt neque gignunt commoda, ſed
ſequuntur, iisque imponuntur: Non invertendum igitur, atque à
collectis earumque ſuſceptione inchoandum, indeque ad jus lu-
crandi inferendum. Alioquin haud difficulter exiſterent, qui 47.
collectarum oneri lubenter ſe ſubmitterent, dum liceret modò pro
lubitu negociari & officio alterius ſe immiſcere. Aliquid ponde-
ris habitura eſſet inſtantia, ſi ipſimet molendina inhabitarent, ea-
que ipſi ac per ſuam familiam exercerent atque adminiſtrarent:
Nam, tunc non adfuturi eſſent Conductores: At verò, his ſuperin-
ductis, multiplicantur olei negociatores in fraudem privilegii.
Quin, ſi penitius intuearis, adductô conductore, collectarum onus 48.
non amplius locatori incumbit, qui regulariter id penſioni ſo-
let imputare, & ſive majorem exigere, ut ipſe contribuat, ſive
minorem accipere penſionem, tributorum autem onus formaliter

49. conductori imponere: Ceſſat igitur ſuprà dicta tributorum ratio ex parte locatoris. Et ſecus ſi dixeris, imponenda conductori peculiaris ac diſtincta foret collecta, quippe qui & ipſe in molendino majorem exercet olei negociationem. Quod de Patribus fam. paganicis dictum, itidem ulterius non procedit, quàm quatenus nullius juri quæſito præjudicant. Nam, ſi vellent, v. g. vinum adu-
50. ſtum venale urbi importare, jacturam ejus paſſuri eſſent, ſicut aliquibus obtigiſſe memini. Ad (5.) Reſp. Nulla foret proportio inter utramque profeſſionem, ſed leonina ſocietas, ſi Olearii, quod non impugnant Reſtiones, dum molendina exercent ipſi, oleum in copia majori, tanquam molitores als Mühlherrn/ divenderent: ſi deinde perſolutô groſsô quartali, tanquam minutarii ſeu propolæ, Oelhöker admitterentur unà cum Reſtionibus ad ſortitionem loci ac ſtationis in foro publico, umb die Stände zu loſen: quod Reſtiones itidem tolerant: Vellent inſuper tabernas oleatias æternas, Jahr aus Jahr ein/ in ſuis ædibus exercere, atque etiam
51. extra dies nundinales minutatim diſtrahere. Quin, ſi liceat reſpectûs multiplicare, & propter illos ſimul jus negociandi, Idem ſanè & Reſtionibus procederet, ut in ædibus ſuis tanquam cives, in officina tanquam opifices conſiderentur; conducant igitur tabernam extra domum, atque itidem duplicatò negociarentur. Inſuper ædes nemini tribuunt facultatem, extra profeſſionem ordinariam aliquid audendi; præter privilegia ædibus quibusdam ſpe-
52. cialiter tributa: uti alicubi locorum eſt Jus braxandi, daß etliche Gebräude Bier uff gewiſſen Häuſern ſtehen. vel jus œnopolii, der Weinſchanck: quæ duo tamen aliter apud nos obſervantur, atque jus braxandi ab ædibus abſtractum, ſecundùm normam censûs civilis redactum, ut omnibus quaſi fundis inhæreat, & qui triginta groſſis cenſetur, ſemel in anno braxare valeat, binâ autem vice, qui alterô tantô: Vini venditio cuivis libera ſit, qui vineam etiam de-
53. ſolatam poſſidet, tributum tamen pendit; Aliud autem ædium quarundam privilegium eſt, Jus fori, daß ſie zu Marck-Recht liegen oder Marck-Recht haben. cujus effectus ignoratur, præter eum, quòd ſtante quoque ſignô, bey ſtehendem Wiſch/ frumentum in foro publico emere, atque in ædibus ſuis viciſſim vendere liceat: quod exiguum jus, quàm variè ab illis etiam qui eo nullatenus gaudent,

dent,

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id370197097/24 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

dent, præripiatur atque turbetur, jam non eſt locus dicendi: & ut ad rem redeamus, ſi præter inhabitationem, non aliud eſt jus ædium, fruſtrà deſuper peculiaris negociatio prætenditur. Ad (6.) 54.
Reſp. Negando in totum jactatam poſſeſſionem, Cujus nullum allegari potuit exemplum, præter hanc ipſam turbationem. In contrarium autem conſtat, quòd ſuperioribus, & belli quidem triſtiſſimis temporibus, trium molendinorum oleariorum poſſeſſores, Johann Philipp / in der Plump; Paul Caſpar in der Raſen; & Wolffius antè dictus, in der Paraſchken-Mühl / nunquam tale quid arrogaverint, nec tamen pane ſuô caruerint. Ad (7.) Reſp. Arti- 55.
culum ſtatutorum vigeſimum octavum Olearios omninò tangere, etiam ubi de Propolis loquitur: nam tales & noſtrates hi evaſerunt, dum profeſſione ſuâ depoſitâ, & molendinis oleariis elocatis, pars ædes inhabitat oppidanas, pars molendina granaria Mahl-Mühlen / (ut Chriſtian Kreß) conduxerunt, ac non niſi tabernam oleariam in ædibus oppidanis habent; Ibique pariter omnes oleum, partim emtum, partim in vicem penſionis in ſolutum acceptum, minutatim ut Propolæ als Oelhöcken / continuò Tag für Tag venale habent. E. tenentur quoque ſtatui huic aſſumto 56.
conformiter ſe gerere, atque inſtar cœterorum propolarum, ſimpliciter talium, & qui aliàs non ſunt olearii Oelmüller / cum Reſtionibus ſuper negociandi licentia paciſci, prout per *alleg.* §. 28. Doch daß ſich ꝛc. facere jubentur, atque inſuper nominatim Propolæ vocantur: verba textûs allata, rem facient planiorem: Wie 57.
nichts wenigers den armen Leuten auf den Dörffern / den Oelſchlägern und Oelträgern an ihrer Nahrung und verpfennigen deß Oels / von ihnen (Reſtionibus) kein Einhalt gethan werden ſoll. Doch daß ſich die jenigen Höcken / welche ſich dieſes Oelhandels in den Städten da Seyler häußlich wohnen / nebſt ihnen gebrauchen wollen / zu vorhero mit ihnen auf ein leidliches an Gelde / in ihre Lade zu legen / vergleichen ſollen / ut adeò perperam in ſua querela differentiam hanc cerebrinam & fictitiam appellaverint. Obiter 58.
hic addimus, quòd poſt controverſiam hanc deciſam, cùm elapſis pluribus annis Reſtiones ſtatuta ſua renovari curabant, domeſtica illa Oleariorum negociatio planè fuerit omiſſa, *art. 15. verb.* Die jenigen Oelmüller / die bey Unſerer Stadt Jehna den Oelhandel in

ihren Mühlen und uff dem Marckte getrieben / hinführo dabey gelaſſen werden / und iedes Quartal ihren Groſchen erlegen.
59. Ad (8.) Reſp. quod quemadmodum cœteris opificibus, poſt ſemel elocatam officinam, non amplius integrum eſt, ſua exercere opificia, & ſic eâdem re dupliciter, & in natura & per repræſentationem in penſione frui: Ita nec Oleariis, poſt elocata molendina olearia, in quibus habent ſuam officinam, atque ibi tantùm ut opifices conſiderari poſſunt, poſt depoſitum hunc reſpe-
60. ctum nativum: Ratio, quia negociatio olearia conſequens eſt opificii oleatorii, ut ſic loquamur; & ex hoc, quod alicui licet res artis ſuæ perficere, fluit, quod poſſit eaſdem vendere: nam non ſuâ ſolius gratiâ operatur, omne opificium eſt propter alios, tam amplam vix aliquis habebit familiam, ut totum ipſius exhauriat opificium, ut nemini alii poſſit operari: quidquid E. ipſi poſt
61. ſuam neceſſitatem ſupereſt, poteſt vendere. Sed patiuntur omnia hæc ſuam declarationem, quàmdiu opificium actualiter in ſua perſona vel per ſuam familiam & conductos Boëthos exercet. Limitatur E. quando officinam elocavit, & ſic alium ſibi ſurrogavit: quia non poſſunt ſimul ſtare Ordinarius & Vicarius, principalis & ſubordinatus, non patiuntur mores opificiarii duos opifices in eadem officina, duos Piſtores in uno furno: poſt elocationē
62. Locator tenetur ceſſare. Præprimis ſi non ſimpliciter ceſſet ab officio ſuo, verùm inſuper aliud ſuſcipiat; ſicut in præſenti caſu quidam Olearii conduxerunt molendina granaria & facti ſunt molitores farinacei: alii in domibus ſuis propolæ facti, & tabernâ oleariâ inſtitutâ, non faciunt, ſed ab aliis factum divendunt oleum; non poterunt E. jura eorum ſumere, quorum non ſuſti-
63. nent perſonam, aut fructûs metere ubi non ſeminarunt. Nihil E. ſupereſt, quàm ut patiantur taliter tractari, quales ſuô ſe effecerunt factô, ſc. tanquam Propolæ, in eoque, ſtatu non jura peregrina uſurpare: Non Reſtionum, quales nunquam fuerunt; non Oleariorum, quales eſſe deſierunt, aut certè aliis conceſſerunt: Minus verò poterunt prohibitionibus Reſtionum ſe ſubducere, Minimè omnium, ſibimet ipſis jus aliquod prohibendi adverſus Re-
64. ſtiones arrogare. Nec juvat eos, Non abdicativè in conductores, ſed cumulativè aut ſubordinatè jus ſuum translatum, pro

arbitrio revocari poſſe, atque liberum ad priorem ſtatum regreſſum, Imò neceſſarium eſſe, ſi forte conductor contractui renunciet. Quia omnia exaudienda ſunt: Rebus ſic ſtantibus atque in eodem ſtatu permanentibus: quamdiu E. ſtat conductio alterius, locator ceſſabit: recedente conductore jus locatoris reſurgit, ſemper tamen non niſi unicus illud exercet. Ad. (9.) 65.
Reſp. Reſtiones Oleariis, quamdiu ut tales, molendina ſua olearia inhabitant, ſuamque artem exercent ipſi, duo indulgent: Venditionem videlicet olei in copia majori, per dolia Faßweiße/ ins Groß/ & hoc tanquam artis illius nativum conſequens, & quidem quotidie. Minutam verò ſingulis diebus nundinalibus Marcktagen/ oder Wochenmärckten in foro publico, tanquam cuivis patrifam. paganico, qui familiæ ſuæ ſuperflua, ſibi tamen nata, cum oppidanis communicat. Sed ſub hoc diſcrimine atque 66.
moderamine (1.) ut juxta *dict. §. 27. ſtatutorum.* cum Reſtionibus deſuper prius conveniant, licentiam hanc trimeſtri canone redimant, eorumque legibus ſe conforment: (2.) ut item in ædibus ſuis abſtineant, quia iſthuc tantùm pertinet privilegium reſtionum; & ſecus ſi fiat, abſque fructu id foret: cœterùm, ambulatoriam per pagos venditionem minutam indulgent, auffm 67.
Land zu hauſiren: quales dicuntur Oelträger. Neutrum tamen, quamprimùm depoſitô ſtatu priſtinô alium ſumunt, vel minimùm, quando alium in locum ſuum ſurrogarunt. Ratio manifeſta, quia nec Reſtiones per *ſtatutorum ſuorum. art. 10.* plures eod. die nundinas viſitare, aut plures illo tempore tabernas ibid. habere inſtructas permittuntur, dörffen nicht auf einen Tag zween Jahrmärckte (non attentâ nudinarum libertate & privilegiô) beſuchen/ noch an einem Ort zwo Buden uffſchlagen. Cur E Oleariis, 68.
depoſitâ profeſſione plus liceat, quàm Reſtionibus habitu ſuô continuatô? Neq; patet, quomodo allata diſtinctio divinationis argui, aut jure Fictitia vocari poſſit, quæ in *d. tx. §. 27.* fundata, ubi manifeſtè Propolæ ab Oleariis ſeparâtur: Quomodo verò Olearii, elocatis molendinis, tales durabunt, aut vocabuntur? Nomen imponitur propter officium & cum eodem rurſus ceſſat, per jura vulgata. *§. 3.* 69.
*J. de Donat. §. 5. J. quib. m. teſt. inf.* Jam, ſi Olearii non ſunt, quorſum referemus commodius, quàm, ſicubi minutariam olei venditionem ſuſceperint, inter Propolas? quorum definitio optimè

mè in eos quadrat. His igitur ſe conformabunt. Injunxit autem illis ſtatutum, ut cum Reſtionibus conveniant. His, quæ hactenus diſputata ſunt, ponderatis, Relatio Senatoria ad Sereniſſimum pro Reſtionibus facta 24. Febr. 1661.

70. §. 8. Ad PICEM quod attinet, duo ſunt, qui negociationem ejus ſive exercent ſive prætendunt, Senatus videl. oppidanus & Collegium Vietorum. Ut non immeritò dubites, utri ex omnibus jus prohibendi adverſus omnes vel aliquos competat? Equidem in ſtatutis Reſtionum *art.27.* Omnis in Pice negociatio aliorum,
71. qui non ſunt de ipſorum collegio, ſubreptitia & turbatoria declarari videtur: verbb. Dieweil ſich auch bißhero / vielleicht aus Urſachen/daß die Meiſter des Seylerhandwercks ihre erlangte articul von Fällen zu Fällen nicht confirmiren laſſen/ viel Leute des Pechſchlagens / Oelhandels / Fiſchtrohns / Stänckerfäßlein / Köber/ ꝛc. Einkauffens und Aushöckens unterfangen haben ſollen ꝛc. ut adeò
72. vel adverſus Senatum quoque ipſis proſpectum videatur: Contrà tamen Senatus (1.) indubiâ nititur poſſeſſione, omnem hominum recordationem antecedente; (2) Idem olim opificiis jura collegiorum & privilegia indulſit, ut *alibi* oſtendimus, ac ſine dubio tum ſibi proſpexit, ſuamque cauſam excepit, *arg. §.20. verſ. Iidem reſcripſerunt, l. de legat. &c.* ubi Dominus peculium legando, id quod ſervo debebat, antè deduxiſſe cenſetur, nec competit ejus
73. petitio: igitur nec Senatus jure ſuô ſe exuiſſe præſumitur. Et, ne cui dubium ſuperſit, Ducali confirmatione Jus ejus expreſſim exceptum legimus, verbb. Deßgleichen ſoll auch der Raht zu Jehna/ und der Raht zu Buttſtedt/ (quæ duæ civitates propterea jungun-tur, quia utrarumque collegia plerumque ſolent eſſe tum inter ſe, tum etiam cum Vinarienſibus conjuncta, die Zünffte obiger Städte pflegens mit einander zuhalten) welche vor dieſer Zeit den Pechhandel geführet / hierinnen keinesweges gehindert ſeyn / ſondern denſel-
74. ben wie zuvor behalten. VIETORES quod attinet, ſunt & illi negociatione Picariâ, cum jure prohibendi communiti; & cùm ſolus Janitor Senatorius, cui commodum hoc à Dominis ſuis elocari, aliquando in compenſationem ſervitiorum, ſeu in vicem ſalarii tanquam in ſolutum cedi conſuevit, excipiatur; videri poſſet, jus prohibendi competere illis etiam adverſus Reſtiones: verba

ſtatuti ſonant: So und nachdem auch den Bürgern/ wes Stan- 75.
des oder Handels die wären/ nicht gebühret/ und alleine dem Hand-
werck der Böttner und des Rahts Thürknecht/ der Pechſchlag ge-
eignet und zugelaſſen/ ſo ſoll hinfort nicht geſtattet werden/ daß ie-
mand kleine Scheiblein Pech auf dem Marckte ſoll feyl haben noch
verkauffen. Die Buſſe/ das Pech dem Raht die Helffte/ die andere
Helffte dem Handwerck/ wer das thäte. Und das darum/ daß in 76.
denſelben kleinen Scheiblein eitel Betrug und unflätig Ding be-
funden wird. Wolte aber iemand frembdes/ auf dem Marcktage
Pech herein führen/ der ſoll keine Scheibe unter einem Centner oder
½. Centner zu Marckte bringen: die müſſen zu ſchlagen werden/ ſo
kan der gemeine Bürger ſehen was er kaufft/ welches mit dem klei-
nen Scheiblein nicht geſchicht. Hinc, etiam, cùm Sutor quiſpiam 77.
aliquando orbiculum picis ſutrinæ à ruſtico emerat, Vietores eam
pignorari curarunt, habens laſſen weg nehmen/ tanquam ſuo privi-
legio adverſetur. Igitur Quæſitum fuit: *An & quousq; liceat ci-
vibus picem emere?* Vietores exiſtimarunt: Monopolium & jus
prohibendi ſibi competere, ut ſoli emant, vendantque ſoli. At 78.
enim, Senatui viſum, Non licere quidem ulli orbiculas mediô cen-
tenariô leviores ad forum deferre: Contrà tamen, nunquam ci-
vibus non licuiſſe, quantum ad opificii aut familiæ neceſſitatem
opus fuerit, ab exteris adferri ſibi curare: bey den Frembden be-
ſtellen und ſich ins Haus bringen zulaſſen. Quare, ſi hoc tantopere 79.
coarctare velint, effecturos, ut ruſtici orbiculas minores in vicino
pago Cambsdorff venum exponant, & nundinis oppidanis, ut &
telonio dem Stadt-Geleite multum noceant. *18. Febr. 1614.* Ho-
die ab iſto rigore remiſerunt, ac vel negociationem non exercent,
niſi quod in doliis cereviſiariis picandis quandoque materiam pa-
tribusfam. ſuppeditent. Ad picem denique referimus Faces Pi- 80.
catas, quarum confectionem & venditionem ex Negociatoribus
arrogant ſibi quos dicimus Materialiſten: adverſus quos proſpice-
re ſibi voluiſſe Reſtiones videntur, quando noviſſimæ ſtatutorum
confirmationi, *art. 9.* eas nominatim curarunt inſeri, verbb.
Hinführo aber keiner/ welcher nicht dieſes Handwerck ehrlich ge-
lernt hat und Meiſter iſt/ oder daſſelbe treibet/ Pech/ Oel/ Hanff/
Fiſchthran/ Stänckerfäßlein/ Köber/ Peitſchenſtäbe/ Pechkräntze



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id370197097/29 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

81. und Fackeln/ ꝛc. Sed, quò minus ad exercitium prohibitionis pertingere valeant, impedit, quòd & Negotiatoribus in poſtrema ſtatutorum ſuorum renovatione, inter cœtera Faculæ quoque conceptis verbis adſcriptæ inveniuntur, quando in *art. VII.* omnibus qui collegio mercatorum incorporati non ſunt, ſequentia corpora prohibentur: Und ſollen unter andern ihnen verbohten ſeyn/ nemlich/ Stärcke/ Blaue Farbe/ Schwefel/ Baumöhl/ Fackeln/ Roſi-
82. nen/ Karten/ Kreide/ Alaune/ ꝛc. Ut dubites, Utri meliori competant jure, & quis adverſus alterum jure prohibendi prævaleat? Equidem, mutuò concertaſſe, haud obſervavi, ut jure diviſò uti, atque ſolùm Tertios prohibuiſſe videantur. Uſus tamen emtores ad negociatores derivando, cauſam definivit, dum hi ſemper ad manus, & merces ſine defectu in promptu ſunt, Reſtionibus extra pomœria, vel in angiportibus civitatis habitantibus, nec ſemper
83. cujusq; deſiderio reſpondere valentibus. Non enim amplius modò ſpacium in ædibus, ad ſecuram earum confectionem deſideratur, quod Reſtionibus ob ſtupæ, cannabis & ſimil. materiam haud ſuppetit, Negociatores contrà extra urbem peculiares caſas habent, ubi & præparant & commodè exſiccant; Verùm Reſtionibus quandoque ſumptûs emendæ picis deficiunt, aut patientia huic materiæ juxta funes torquendos incumbendi.

## CAPUT III.
## De Prohibitione ob diverſitatem loci.

84. §. 9. Sed hæc ſufficiant de primo membro capitis, adverſus quos jus prohibendi competat. Extraneos videl. *vid. ſup. §. 4.* dixiſſe. Deinde (2.) jus hoc adverſos ipſosmet ſuæ profeſſionis Magiſtros, ſed collegio tamen haud incorporatos, hîc an
85. alibi degentes, exerceri ſolet: ſive civitatenſes ſint, (Idque duplici de cauſa; vel, quod Illi non ſint regulares, daß ſie nicht zünftig; vel ob hoc ſolum, quod ſuo collegio non ſint uniti, daß ſie es mit ihnen nicht halten) ſive in Pagis habitent. Ad Paganos, Dorff-Meiſter/ quævis civitas, & ibi exiſtens opifex, ex jure communi, quô opificia civitatibus vindicantur, jus prohibendi habet: nec dubium, quin opificia ſicut non genere, ita nec locô confundenda; atque agricultura magis ruri, artes,

oppidis conveniunt. Inuuit hoc Mauritius Elector ac Dux 86.
Saxon. *Conſtit. provinc. 12. Nov. 1550. Torgav. Tit. 14.* von Hand-
wercks-Leuten. §. Und wiewol wir wiſſen. verbb. daß unſre und
unſrer Städte Nohtdurfft iſt/ die Handwercke in den Städten zu
haben/ und ſie bey ihren guten Gewohnheiten und Gerechtigkei-
ten zu ſchützen und zu handhaben/ ꝛc. Repetendo confirmat Au-
guſtus Elector & Dux Sax. *Edicto Dreſdæ 1555. d. 1. Octob. ſub ead.*
*Rubric.* Nimirum ante ipſum Erneſtus atque Albertus Elector & 87.
Duces Sax. D *poſt Quaſimodog. 1482.* edixerant, Ne quisquam in
Pagis quenquam opificem admittat, toleret, aut opificium vel
uno die exercere permittat, ſub comminatione mulctæ decem flo-
renorum Rhenenſium; per rationem, quod non ſit favendum unico
pago vel ſingulari etiam perſonæ, ut per hoc civitatibus vel inter-
eſſe Principis noceatur. Notentur tamen & *Declarationes*: *(1.)* de 88.
pagis ſpeciali privilegiô deſuper non communitis: Atque (2.)
intra quadrantem miliaris ab urbe proxima diſtantibus; ut ſe-
cus ſit, ſi vel privilegium adſit, vel pagus ſit extra terminos pro-
hibitionis. Quemadmodum (3.) Fallit in Fabro ferrario, & *(4.)*
Linteone: Sed hi duo tamen admodùm parcè, & ſub diverſis li-
mitibus conceduntur; pro communi ſcil. utilitate atque in gra-
tiam paupertatis: Quare nec aliis præterquàm egenis, & ad 89.
ſublevandam illorum neceſſitatem; nec alias operas quàm vilio-
res, ſeu alias res quàm craſſas, nec aliâ ratione quàm pro mer-
cede operari permittuntur. Idq; placuit poſtmodùm Auguſto Ele-
ctori atque Duci Saxoniæ, qui *Edictô datô Dreſdæ Kalendis Octo-*
*bris 1555.* verbotenus repetiit atque confirmavit, ſequenti tenore:
Es ſoll auch niemands/ welches Standes/ Würdens oder Weſens 90.
der ſey/ auf keinem Dorffe/ das darauf ſonderlich nicht gefreyet iſt/
keinen Handwercksmann ſetzen/ zu Haus ſeyn/ noch ſein Handwerck
keinen Tag da treiben laſſen/ anders dann in einem ieglichen Dorf-
fe/ das den Städten über ein Viertel Weges entlegen/ da mag
man zu gemeinen Nutzen/ den armen Leuten zu gute/ einen Schmidt
und einen Leinweber/ der doch nichts anders/ denn den armen Leu-
ten um ihr Lohn/ und grob Ding zu ihrer Nohtdurfft arbeitet/ haben.
Welcher Dorffherr das mit Wiſſen anders verhinge/ der ſoll dar- 91.
um in Unſere Ungnade und Straffe/ und die Gemeine des Dorffs/

ſo offte das von ihnen verbrochen erfahren wird / dem nächſten Unſerm Amtmann dabey / Zehen Rheiniſche Gülden zur Buſſe verfallen ſeyn / Dann Wir ſeynd nicht ſchuldig einem Mann/oder einer Dorffſchafft zu zulaſſen / das einer gantzen Stadt / auch dem
92. Fürſtl. Weſen Schaden und Abbruch thut. Quorſum pertinet paragraphus dictæ Conſtitutionis Electoralis in *Corp. Jur. Sax. vol.1. pag. 54.* So ſoll es auch mit den Handwercken auf den Dörffern/ vermöge der alten Landes-Ordnunge/ und wie es an einem iedem Ohrt / über Rechtsverwährte Zeit geruhiglichem herbracht
93. oder ſonſt verglichen/ gehalten werden. Sed, ut aliàs evenire ſolet, ut maxima ex minimis, ita & in hoc paſſu contigit, ut in quibusdam pagis admiſsô Linteone, irrepſerit & Sartor; mox Sutor & Vietor. Admiſsô utrubique uno, invaſerit & alter, ut jam non amplius de admiſſione vel excluſione, ſed de numero certandum, & iſthuc modò allaborandum ſit, Ne nimium excreſcat.
94. Ita enim datô uno abſurdô ſequuntur innumera; Magiſter receptus, Optionem ſeu Boëthum vult alere; & ubi omnia ſuperata putamus, Æditui pagani, & ipſi plerumque opifices, cupiunt eſſe ſupernumerarii, nec numerô per illum diſtrictum conventô contineri. Sic, ut æternæ Collegiis oppidanis cum opificibus paganis exiſtant lites: atque illæ non heri vel nudius tertius
95. natæ, ſed uno alterove ſeculô antiquiores. Decem ſunt ſupra ducentos anni, quando Margareta Auſtriaca, Duciſſa Saxoniæ, diſſidia ſuper braxatione & opificibus inter civitatem Altenburgenſem ex una, & in illo diſtrictu habitantes Nobiles aliosque ex altera parte ☽ *omnium Sanctorum 1473.* compoſuit, ut in quovis pago juxta Fabrum & Sartor ſiet, qui tamen invitô collegiô oppidanô adjutorem hautrecipiat. Nec, niſi Nobilibus atque Cle-
96. ricis, operari permittantur in pagis opificum ſocii. Vix quinquaginta elapſis annis, ſtatus ita fuit mutatus, ut Fridericum Electorem Saxon. novâ ſanctione priorem declarare opus habuerit, *Torgæ ☉ Trinit. 1514.* ut intra milliare unum ab urbe, decem Fabri, Sartores duodecim, Linteones quindecim, ac præter hos Æditui, qui opificium hoc calleant, exercere poſſint; In quibus autem pagis commodiſſimè fieri queat, definitioni Præfecti, dum binos Prælatos, totidem Nobiles, ac binos ex urbe Senatores ad-

hibuerit, relictum. Aſt neque eo numerô acquievit poſteritas, quæ, 97.
ſicut natura ſemper intendit novas edere formas, effecit, ut intra dictum milliare ſupra octuaginta opifices pagani, circa A. C. 1579. inventi, ac Collegia oppidana deſuper conqueſta fuerint; adeoque Regiminis tunc temporis tutelaris deciſione novâ, datâ *Vinariæ 25. Iunii. 1579.* ad ſtatum priorem reduci debuerit. Neque 98.
ſic tamen ſatis proſpectum, aut augmentum efficaciter repreſſum fuit, ſed adeò invaluit adverſus legem numerus, præcipuè Sartorum, ut tandem pro duodecim triginta fuerint admiſſi, decretô atque autoritate Johannis Ducis Sax. dat. *Vinar. 1593.* D. *poſt Barthol.* quod tandem Joh. Philip. Dux Sax. *30. Jul. 1634.* confirmavit. Sed iſthæc alibi & commodiori locô ex profeſſo elaborata dabimus.

§. 10. Adverſus extraneos magiſtros, etiam *Oppidanos*, Jus 99.
prohibendi, Collegio alterius civitatis competit, licèt ejusdem ſint opificii: Quia ſicut quivis Paterf. in ſua domo debet eſſe ab omni vi & injuria ſecurus, ita Collegium intra diſtrictum, ſine moleſtia & aliorum impetitionibus tutum eſſe, rebusque ac juribus ſuis liberè ac ſolum uti poſſe decet. Promanarunt hinc arti- 100.
culi, quibus *tum hoc* prohibetur: Ne in viciniam concedat, ſich einem zu nahe ſetzen. Ita *Pectinarii* Dresdenſes alicui reſponderunt, ſe id non laturos. 1. Maji 1676. Berichten dieſelbe allerſeits kürtzlich/ daß/ ſo fern dergleichen Meiſter von Nürnberg oder Erfurt/ in eine Stadt uns zu nahe ſich ſetzen würde/ ungeachtet er gleich ſeine Jahr ausgeſtanden/ wir ſolchen vor tüchtig nicht erkennen/ Jhm auch weder Geſellen noch Jungen zulaſſen/ ſondern bey hoher Obrigkeit Schutz und Hülffe darwieder ſuchen würden. Sicut de jure Coloniarum videbimus. *Tum illud*, Ne ex una civitate Magiſtri ad aliam, 101.
ſeu operandi, ſeu negociandi causâ veniant, daß keiner den andern überziehen ſolle: præſuppoſitô tamen, quod in illa civitate aliquis magiſter exiſtat; alioquin enim nec collegium foret: Si nullus exiſtat, nemo quoque prohibiturus erat: Niſi & ratione hujus loci unus alterum prævenerit, & jus, illi loco de operis artis ſuæ proſpiciendi excluſivum acquiſierit. Ita Restiones hujus loci, quon- 102.
dam *art. 8. ſtatutorum.* cautum habebant: Wie auch kein Meiſter den andern in Städten/ da zuvor ein Meiſter innen wohnet/ auf die

Wochenmärckte überziehen ſoll / bey Pön 1. fl. (hodie 2. fl.) halb
Uns/ und halb dem Handwerck. Quare, cùm Hieron. Bartholom.
Reſtio Apolledanus manufacturas huic loco intuliſſe arguebatur,
& noſtrates ipſum deſuper diffamaverant, druff geſcholten/ Con-
venerat quidem eos coram Senatu, ſed initâ cum Collegio trans-
103. actione ♀ 26. *Febr.* 1679. eidem fuit conciliatus. Simili ratione
Coriarii noſtrates adverſus extraneos, de nimio, illimitatoque ad
hujus civitatis nundinas hebdomatales acceſſu conqueſti, Reſcri-
ptum à Sereniſſimo, datum *8. Octobr. 1674.* impetrarunt ad Sena-
tum Oppidanum, hujus tenoris: L. G. Nachdeme bey Uns die hie-
ſigen Lohgerber/ wegen deß / auſſer dem Dienſtags Wochenmarckt
alhier faſt tägl. herein verhandelten Leders/ und ihnen / den hieſigen
dadurch zugezogenen groſſen Abbruchs ihrer Nahrung / ſich unter-
thänigſt beſchweret/ Als begehren Wir hiermit/ Ihr wollet ſuppli-
canten mit ihrer Nohtdurfft eigentlich hierüber vernehmen / und
nach befinden Euch Eurer Stadt Jurium hierbey gebrauchen/ damit
ſie bey dem üblichen Herkommen / wieder alle Unbefugniß gebüh-
104. rend geſchützet und klagloß gehalten werden mögen ꝛc. His addi-
mus Pistores Oppidanos, qui antiquâ ordinatione obtinuerunt
adverſus extraneos jus prohibendi, cùm ratione Semilarum ſeu
panis triticei nullatenus huc inferendi, ſive diebus nundinalibus
ſive cœteris, ſeu nummô ſeu obulô æſtimetur. de quo *art. 17.* ita
ſonat: Jngleichniß ſoll auch kein fremder Becker Weis-Guht/ es
ſey Pfennig oder Heller wehrt/ weder in- oder auſſerhalb der Wo-
105. chenmärckte herein führen oder tragen. Panem autem ex ſiligine
coctum, licèt diebus Martis, tanquam nundinarum hebdomata-
lium privilegiatarum, exteri adhuc importare permittantur, per
*art. 16.* diebus tamen Saturni ullâ ratione inferre prohibentur.
verbb. Daß forthin kein frembder Wetzſchel/ Stadt- oder Dorff-
Becker / welcher das Brod uffn Kauff becket/ auf die Sonnabende
oder ſonſt in der Wochen / ein oder mehr Brod zu Marck tragen/
führen und verkauffen / ſondern daſſelbige hiermit gäntzlichen ab-
geſchnitten / und ihnen ſolches allein auf die Dienſtage erlaubet und
nachgelaſſen ſeyn ſoll.
106. §. 11. Etiamſi denique *in eadem civitate* exiſtant quidam
opifices, nihilominus contradictionem ab aliis ejusdem loci pa-
tiuntur,

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id370197097/34 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

tiuntur, vel ob hoc, quòd *noviter iſthuc commigraverint*, nondum autem jus collegii petierint. Quod jus prohibendi competit Collegio ex illo privilegio, quô diſponitur, ut quivis novitius intra menſem apud Collegium ſuum nomen profiteatur & receptionem petat, ſolle vorkommen/ alioquin miniſtrô Senatûs adhibitô tabernam ejus claudunt. Nemini quippe permittitur Opificium exer- 107.
cere, Niſi in collegium rite ſit aſſumtus. Mev. *Jur. Lubec. L. IV. T. 13. a. 3. n. 13.* per rationem, quòd ante illud tempus, neque pro Magiſtro nec pro Adjutore æſtimari queat: qui autem ad neutrum horum ſe qualificare poſſit, ſub quo titulo opificium exercebit? Sanè cœteri nec optiones alere, nec pueros eũ docere permittent, ſignum extra ædes ponere aut ſuſpendere non concedent, & in ſumma, omnes opificii actûs prohibebunt. Atque ita quoque Nego- 108.
ciatores hujus loci obſervant, ut prius quàm collegii ſui candidatus per omnia cum ipſis convenerit, tabernam apetire prohibeatur: Auch ſoll keiner ſich nicht unterſtehen/ ehe und bevor er ſein Bürger- und Krahmer Recht gewonnen/ Handlung zu treiben/ noch einig Stück Wahre/ unter waſerley Schein es geſchehen möchte/ alhier ſehen zulaſſen/ noch viel weniger das Gewölwe oder den Laden aufzumachen/ rc. *Vel ob hoc;* quod dudum equidem 109.
ibi commorati, à collegio tamen numquam recogniti, receptique fuerint, imò ne ipſimet unquam hoc deſideraverint; ſed vel extra omne collgium vivant, vel extraneum quoddam, ſed diverſæ ſectæ agnoſcant. *Sectas opificum* diverſas eſſe, tanquam notorium præſupponimus: in eadem autem civitate diverſarum ejusdem opificii ſectarum Magiſtros inveniri, rarum ſed non impoſſibile eſt, prout ſuô locô commodius dicetur. *Vel denique* 110.
*quod* à ſuo collegio ſuſpenſi aut planè excluſi ſint, aut ſe ipſos etjam ſubtraxerint. Illud contingit, ob imputationem alicujus delicti opificiarii, quam diffamationem dicunt, das Schelten am Handwerck. Unde etiam è Pectinariis noſtratibus nunc quidem unus Collegium Erfurdenſe recognoſcit, alter ad Dresdenſes provocat, ſagt/ er halte es mit denen Dreßdnern. Sed *inquias:* 111.
An verò & jus prohibendi competere invicem poteſt? Ratio dubitandi, quia dum uterque ſolitarius eſt, neuter Collegium conſtituere valet, ſolis autem Collegiis jus prohibendi competit. Reſp.

Imò etiam ſingulis, vi collegii cui uniti ſunt. Licèt igitur operationem alter alteri prohibere non valeat, Boëthos tamen huc appulſos ad eum accedere, ſalutem offerre & recipere vetat. Sed
112. *Qu. An* Magiſter certæ artis noviter appulſus, prohibere valeat eum vel eos, qui abſente tali opificiô, vices ejus ſuppleverunt, An verò tales allegare poſſint aliquam poſſeſſionem & quaſi præſcriptionem? Qui caſus non ita dudum accidit, quando Perarius huc appellabat, atque Ephippiarios prohibebat ſellas coriô inducere. Sanè in Collegio Fabrorum non ſemper ex omni genere magiſtri hìc reperiuntur, Sic, ut eorum partes peragat, qui ex reliquis fiduciam illius artis habet, cedere ex lege juſſus, quàm cito nativus
113. magiſter illius artis rurſus appulerit. Non obſtantibus actibus medii temporis ab altero exercitis, & ad poſſeſſionem nequicquam proficientibus, quia ubi nulla negligentia & patientia unius, ibi nulla præſcriptio alterius. Redire, atque iterum operari, eſt actus meræ facultatis, Ille alter, mediô tempore non abſentis ſed ſuas partes egit. Et ex hoc capite Tuendum ſuadebam Perarium. An eventus reſpondeat, aut quis, quove jure impediat, Incertus ſum, &c.

## Cap. IV.
## De Jure Prohibendi ex mutua conventione.

114. §. 12. Ulterius (3.) competit Opificibus jus prohibendi, etiam inter ſe invicem, ſeu *adverſus ejusd. collegii membra* & ſodales, dum ſibi nova fingunt jura, novis ſe adſtringunt pactionibus, ut adeò Prohibitionem non malè diviſeris in Legalem, & Conventionalem, prout *ſup. §. 2. inf.* innuimus. Oritur nim. facultas hæc ex diverſis eorum juribus, Privilegiô obtentis, an Conſvetudine receptis, perinde eſt: Willkühr bricht Landrecht. Fe-
115. cerunt hoc (1.) Pistores, unô modô quantum ad *novas ſemilarum formas*, ſpecies ſeu figuras, Ne quis eorum tales excogitando atq; venum exponendo, applauſum venetur cœteriſque emtores abſtrahat: ita enim novitatis avidus eſt mundus, ut non tegendo corpus modò, verùm tangendo gulam, variationes quærat. Juſſi ergò ſunt obſervare formam communem, & quisque cœteris

teris ſe conformare, *ſtatutorum art. 14.* Und wer alſo zum Mei- 116.
ſter angenommen wird/ der ſoll nichts anders als andre Meiſter backen / ſondern an Semmlen/ Röcklingen/ groſſen und kleinen Brodten / und ſonſt allenthalben ſich im Backen / andern Meiſtern gleich verhalten. Cujus ratio, eſt æquilibrium inter ejusdem collegii ſodales, ne unus præ cœteris emergat. *Non obſt.* quod veternum ſapiat, eâdem ſemper oberrare chordâ. Quia in pane non tam ad figuram quàm coctionem reſpiciendum. Poſſet igitur, 117.
cui vel coctio non benè procedit, vel qui juſto ponderi detrahit, variatione figuræ emtores allicere & ſodalibus diverſionem facere. *Aut* igitur cœteri ex æmulatione ſequerentur, & tunc oculis mage quàm ſtomacho civium conſuleretur; figura nec ſatitat, nec malè cocta ſanitati conducit: *aut* priſtinô more incederent, & emtores conſvetos amitterent, altero, ex delicto fraudati ponderis, lucrum percipiente, & melior foret conditio delinquentis, quàm legibus obtemperantis. Sin omnes juſti ponderis novam recipe- 118.
rent figuram, nihil proficerent, quia novum ſuô tempore evaderet antiquum; ſic, ut rurſus aliâ inventione opus ſit, nam perinde faſtidirent præſentem figuram poſteà guloſi, atque ſemilas olim uſitatas, & ſic ad antiquum rediretur, quô omnium applauſus æqualis erat; donec rurſus exſurgat, qui novô inventô cœteros ſupplantaret: & foret hic progreſſus in infinitum. Accidit hoc in hac 119.
civitate, dum unus ex Piſtoribus panem biscoctū, anteà inuſitatum introduceret, cum magno applauſu: & cùm publicè placeret hæc ſpecies, nec inſipida, nec adſpectu injucunda, nec minus ſanitati proficua, ab omnibus recepta, & arbitraria facta. Sed, quando alius ſemilas frixas oblongas, Lipſiæ cotes Wetzſteine dictas, alius alio tempore globulatas itidem toſtas, in gratiam puerulorum ad ſcholas euntium excogitaverat, utriq; prohibiti ſunt, ſc. regulariter, venum habere. Niſi cùm aliquis peculiariter deſuper rogetur, daß es bey ihm beſtellet worden.

§. 13. Deinde aliter quoque de Panibus ſuis *non alibi quàm* 120.
*ubi cocti ſunt*, venalibus habendis convenerunt *art. 19.* Auf daß auch unter denen Meiſtern ſelbſt/ deß Brodtkauffs und Backens halben/ eine Maß und Ordnung gehalten werde/ ſo ſoll kein Meiſter deß Beckenhandwercks alhier/ weder Brodt noch Semmeln in einem

an-

andern Hauß feyl haben/ noch auf einem andern Laden aus ſetzen/
121. als in dem Hauſe/ darinnen ſie gebacken. Cujus *ratio* videri poſſet *obſcura*, poſtquàm utique permittuntur diebus nundinalibus in foro publico, quotidie verò in panario publico curiæ, in der Brodbanck venum exponere: *An* igitur iſta dabitur, Ne loca nimium multiplicentur, & ita materia venalis ubique non ſufficiat? at verò, hoc ipſis proficuum, & ſuæ intentioni reſpondens, quæ eſt, multum diſtrahere; poſſent coctionem eodem die pluries reitera-
122. re, etlich mahl abbacken. *An*, quia non omnes æquè commodam tabernam potuerunt nanciſci, adeoq; ex invidia noluerunt cœteros quoque alias tabernas quærere? ſed quomodo ageretur cum his, quorum piſtrina eſſent in vico minus frequenti, extra portam? his utique non invidendum, locum quærere commodiorem! ſed ne hæc quidem ratio vera videtur: quia deberent ire ad panari-
123. um publicum: Quin & piſtrina per urbem ſemel diſpoſita ſunt, communi totius collegii placitô & magiſtratûs ordinatione, prout illo tempore viſum fuit commodiſſimum, ſicut videre eſt *ſtatut. art. 16.* cui ergò quoddam hodie videtur minus commodum, minoris emere, aut inemtum planè relinquere poteſt; aut ſtudebit bonæ coctioni, ac nihilominus emtores è longinquo alliciet. Piſtrina denique ſuburbana pleraque commodiora quibusdam oppidanis, tum propter populoſitatem incolarum, tum propter paganos: ut notum. Aliunde igitur arceſſenda *ratio* videtur: ac
124. *ni fallor hæc eſt*, quòd manufacturæ variant, pro diverſitate artificum; idque dum maturè innoteſcit, non poteſt non ſperni, de quo fama panis minus benè cocti increbuit: aut igitur ſtudebit opificium melius excolendo, & ſic decenti modô emtores revocare, aut ſub nomine alicujus, de quo fama eſt hilarior, panes ſuos aliis obtrudere proximumque fallere, quod commodiſſimè fiet, ſi extra ſuum piſtrinum, ac fortè in viciniam ejus cujus panes deſi-
125. derantur, curet deferri. Sicut rarum non eſt inter cœteros artifices, ut excellentioris cujusdam manufacturæ ex ſigno cognitæ avidius expetantur, cœteri inertes id animadvertentes, aut merces ſuas illius eſſe mentiantur, aut ſignum ejus imitentur: prout de Marcis opificum ſuô dicetur locô. Dum igitur & hæc exportatio prohibita, per indirectum ille ad melius pinſendum impellitur,

§. 14.

§.14. Simile prohibitionis conventionalis exemplum dabunt 126.
nobis LANII, qui & ipſi ad certas leges reciprocâ pactione adſtrin-
xerunt ſe, ac præprimis de certo animalium majorum & minorum
numero, intra certum tempus mactando, den Hieb vocant: de quo
*alibi:* Ita, ut ſi quis ſupra numerũ aut ultra tempus mactare præſu-
mat, mulctæ obnoxius habeatur. Unde curioſè ſcrutari, aliquando
Inquiſitionem domeſticam inſtituere ſolent, utrum exceſſum de-
prehendere valeant. Sed *Qu. Num* teneantur ejusmodi pactio- 127.
nibus & illi ſe ſubmittere & conformare, qui illo forô tanquam
Advenæ utuntur? Per *rationes*, quòd non domi ſolùm opificium,
& quidem ſoli, excluſivè contra exteros; ſed Jenæ quoque exer-
ceant, ubi tamen ipſimet exteri ſint, & ita plus ipſi apud exteros
capiant, quàm exteris penes ſe concedant. Quod ſi E. heic loci 128.
velint liberiores eſſe quàm Incolæ, iſtud eventurum ſit inde incon-
veniens, quòd incolæ propter onera graviorum tributorum & du-
rioris œconomiæ, ubi habitationes pretioſiores, ubi manûs eorum
per hæc pacta ſunt ligatæ, ut minus lucrentur, idque in gratiam
viduarum & propter æqualitatem lucri; Sanè peſſum iturum ſit
hoc opificium, & ſalus redundatura ſit in exteros; contra principia
Politicorum, ut melius faciendo civibus, alios invitemus ad Jus
civitatis nobiscum impetrandum. Quibus motus Senatus op- 129.
pidanus, ad inſtantiam & querelam Laniorum Lobedanorum, qui
Cœſioni Jenenſium ſe alligari non volebant, wolten ſich an der Jeh-
niſchen Hieb nicht binden laſſen/ adverſus Jenenſes, qui eos in nun-
dinis hebdomatalibus ulterius inſcribere recuſabant, idq; in vigi-
liis quoque Paſcalibus 1655. negaverant, *d. 25. Septemb. 1660.* de-
crevit: Oportere Lobedanos Jenenſibus, quantum ad illum nume-
rum, ſe conformare. Sed interceſſit apud Sereniſſimum pro illis 130.
Tributorum Collector, ſeqq. allegans rationes: Tale decretum eſſe
(1.) contra obſervantiam, wider das Herkommen. (2.) adverſari
nummo carnario & vergere ad ejus deſtructionem, dum ſinguli
Lobedani, quorum ſex numerô, ſingulis menſibus uno florenô,
novemque groſſis minus ſint ſoluturi, qui efficiant menſtruos flo-
renos octo, duodecim groſſos. (3.) vergere illud in præjudicium
collectarum, eſſeque ſupra poteſtatem Senatûs, ita decernere. *d.*
*16. Octobr. 1660.* Quod inſecutum fuit tale Reſcriptum ad Sena- 131.

tum, velint omnia in priori ſtatu relinquere, novitatem autem il-
lam collegii Jenenſium abrogare: verbb. Dieweilen Uns denn
durch dieſe / ſonder Unſern Befehl vorgenommene Enderung/ an de-
nen acciſen Monatlich ein merckliches abgehet / hiernechſt auch
der Pfennig/ als um welchen die Lobedauer das Pfund Fleiſch wol-
feyler geben müſſen / uff ſolche Weiſe dem gemeinen Manne nicht
mehr zu gute ginge / Als begehren wir hiermit gnädigſt/ Ihr wollet
es bey voriger Anorduung bewenden laſſen / hingegen aber dieſe
Neurung ſobalden caſſiren. *dat. Vinar. 27. Octobr. 1660.*

132. §. 15. Poſt hæc, rationes ſuperioris decreti accuratius pen-
ſiculari, atque ſubjectiſſimâ relatione ad Sereniſſimum plenius
deduci defendique cœperunt. *Nervus earum huc recidit*, quòd o-
mne intereſſe in præſens verſans, aut Principis ſit, aut Actorum,
qui putent, Ni liberius tractentur, aut melioris quàm ipſi incolæ
loci habeantur conditionis, confeſtim perituros, & cum ipſis, Ca-
133. meram Principis. Cujus contrarium tamen ſit verius. Nam
(1.) Nihil decedere intereſſe Ducali, quantum ad acciſas carna-
les, den Fleiſchpfennig/ ſicubi advenæ minus forte ſolvant; dum
eadem ſemper carnis quantitas hîc conſumatur, acceſſerint an
emanſerint Lobedani; Igitur & eadem acciſarum foret quantitas,
minus hi, an plus Jenenſes vendituri ſient: Quare, Lucrum quidem
fore exterorum, ſi liberè mactent, damnum tamen id fore Je-
134. nenſium; Adeoque licèt Camera Principis pluſculum commodi
ex lucro illorum; longè tamen majus decrementum ex damno ho-
rum ſit perceptura: & ſicubi Jenenſes aliquando minorem ac-
ciſarum ſolvant ſummam, non culpam, ſed damnum ipſorum-
met eſſe, ſey ein geringerer Abgang/ ut qui veroſimiliter tantò minus
mactent ac divendant, vertrieben um ſo vielweniger/ quantò plus
135. exteris indulgeatur. Nihil (2.) decedere in effectu Lobedanis, ut
qui duobus locis, & domi & apud nos aucupium ſuum habeant; &
ſi aliquid decedat, non domi, ſed apud nos id fieri; jam verò ſatis
ipſis tanquam advenis eſſe debere, quòd noſtratibus æqualiter tra-
ctentur, atque adeò ſi minus lucrum eo modô, quàm liberè ma-
ctare permiſſi percipiant, contentos eſſe debere, quod tamen non
ſint in damno. Et ſi noſtrates, qui numerô plures, minori lucrô
136. contentos eſſe oportet, quare exteri plus deſiderent? Reſtare
igitur

igitur (3.) ut damnum omne, ſi ullum ſiet, redundet in incolas loci, qui & (*a*) Onera publica, realia, perſonalia, tributorum, excubiarum, majora quàm alibi uſitata, & ſoli quidem, nihil conferentibus advenis ſufferant. (*b*) teneantur urbi & Academiæ de carnibus providere, aut ſi non faxint, prout aliquando propter caritatem, aliquando propter vilitatem impediantur, Mulctis ad hoc adigantur. Evenire autem non rarò, ut propter 137.
abundantiam carnis, aut in majori copia ab exteris importatæ, aut à patribusfam. mactatæ, aut ob calorem æſtivum, damnum incurrant, quia citius putrefacta, ut non antè recentem mactent quàm priorem diſtraxerint, id verò fieri cum eorum jactura. His incommodis Lobedanos non ſubjacere, neque ad importandum adigi, ſed ſatis haberi, ſi mercatuum diebus advenient; ſin emanſerint, non compelli, non mulctari. Evenire & in op- 138.
poſito, ut in damno ſint incolæ ob penuriam & caritatem carnis, cujus copiam certis caſibus impetrare non poſſint, aut non niſi cum inſigni jactura. Quando enim proximis annis devalvatio monetæ, Vinarienſes quoque ternarios affecerat, & ab exteris catervatim huc importabantur, quippe ubi valor eorum haud minutus erat, nemo autem exterorum niſi devalvatos à nobis acceptabat, Lobedanos malum hoc facilè effugiſſe, tantisper à foro noſtro abſtinendo, donec turbo præteriiſſet; Aſt in- 139.
colas loci, emanentium tunc Lobedanorum locum ſubire, urbi de carnibus ſolos proſpicere, & tam expendendo pecuniam ſuam pro pecoribus, quàm recipiendo pro carnibus, damnum perferre coactos, quia quam vendendo carnes tenebantur ut illibatam plenô valore acceptare, hanc emendo extra provinciam pecora, ut devalvatum oportebat expendere; intra provinciam verò pecora carius emere, dum propter pecuniam devalvatam pretia rerum augebantur; adeò, ut quaquaverſum premerentur, Hæc aut 140
ſimilia procul dubio ponderavit Senatus in apologetica ſuâ ad Sereniſſimum relatione *16. Novembr. 1660.* Ex quo tempore cauſa in ſtatu quo fuit relicta, & Lobedanos etiam acquieviſſe, ex inſecuta ſpontanea confeſſione conſtat, dum *d. 12. Novembr. 1664.* in ſcriptis coram Senatu Jen. conteſtati ſunt, In ejus honorem interdicto ipſius ſe paruiſſe.

# Disputatio Secunda,

## *Reſp.* HENRICUS Krafft / Malchino-Meklenb.

## Cap. V.

## De Jure Prohibendi quod competit in Boëthos.

141. §. 16. Tandem (4.) Collegiis jus prohibendi competit *adverſus Boëthos*, Ne videlicet illi ſuis auſpiciis operari, & citra Magiſtrum opera conficienda conducere audeant; per rationem jam *ſup.* allatam, quòd nemini liceat artem exercere, qui nec Magiſter, nec approbati collegii membrum ſiet: & ſi ab extraneis cavent, certè à boëthis tantò majori ſtudiô, quantò majus circa
142. illos ſubeſt periculum, cavebunt. Dum enim aliquamdiu penes Magiſtrum in operatione fuerunt, notitiam eorum, qui operâ ejus indigent atque utuntur, conſequuti, facile ſe iis poſſunt inſinuare, & priſtino Domino abſtrahere: dum etiam opificium didicerunt, atque ex arte operari norunt, non facilè opus concredi-
143. tum corrumpunt, adeoque felici eventu augetur, quam alioquin erga illos fovet vulgus, fiducia. Unde jam olim prohibiti fuerunt Optiones artem per ſe exercere: v. g. Transactione ſeu decretô Margaritæ Auſtriæ, viduæ Saxonicæ, de dato Altenb. *die lunæ omnium Sanctorum 1473.* ibi: Es ſollen auch die ledigen Knechte in den Dörffern nicht das Handwerck treiben noch arbeiten / ſon-
144. dern allein denen Erbaren Männern und Geiſtlichen mögen ſie arbeiten. Menſularii noſtrates in *Statutis Boëthorum* ſuorum *art. 7. Rubr.* Geſellen ſollen vor ſich keine Arbeit dingen. ſimile quid diſpoſuerunt, verba textûs: Zum ſiebenden ſoll kein Geſelle / der nicht wohn- und ſeßhafftig iſt / unter einer Obrigkeit / ohne Erlaubniß des Handwercks auf Schlöſſern / Kirchen / Städten oder Dörffern arbeiten. So ein ſolcher gewandert kömt / ſoll er bey uns nicht zugelaſſen / ſondern für untüchtig gehalten werden / biß ſo lang er ſich mit dem Handwerck deshalben vertrage. Welches man auch einem
145. jeden Lehrjungen in ſeinem Abſchiede / ſich darnach zu richten habende / genugſam unterrichten ſoll. Nec abludit ab eo Collegium Sartorum, quod *art. 3. med.* hac de re ita cavit, ne vel tyro vel Adjutor ad ſtudioſum vel civem Academicum alium, miniſtrandi ergò

ſe

ſe conferat; quod ſub eo prætextu plerumque turbationes exerceantur & pallientur: Auch ſoll kein Geſell oder Schneiders-Jung ſich zu Studenten oder Univerſitäts Verwandten/ wie geſchehen begeben/ ihnen vor Famulis oder Jungen zu dienen. Dieweil dadurch gemeiniglich allerley Stöhrerey erfolget. Bey Buſſe/ wie oben ſtehet. Ampliatur itaque Prohibitio iſthæc (1.) ratione ſub- 146.
jecti, quòd Nec Optio nec Tyro ſuas operas alii quàm Magiſtro elocare poſſint; Quòd item nec Studioſo nec ulli civi Academico: (2.) ratione objecti, quod nec in ſacris quidem rebus aut publicis, Kirchen oder Schlöſſern. Declaratur (1.) ratione modi; quòd non inconſultô collegiô. (2.) ratione ſubjecti, quòd Nobilibus itemque Clericis. Unde videmus, Chirurgorum, & frequentius 147.
Sartorum Boëthos in famulitio Nobilium, ſub appellatione Camerariorum, Cammer-Diener/ exiſtere; nec tamen ubi ad ſuos redierint, ullâ propterea controverſiam pati: cauſa igitur, quod Studioſis famulari non licet, erit, quia Sartorũ nusquàm major quàm in Academiis ſolet eſſe copia, non igitur idem qui ruri defectus; Qua de cauſa etiam Vietorum adjutores invenias in monaſteriis, 148.
Nobilium prædiis amplioribus, ubi non eſt vicina civitas, nec adeò in promptu cuivis ſubitaneo periculo, Magiſter: & cùm integrum ſit Illuſtribus perſonis, ſive ex collegiatis uni operas ſuas committere, ſive peculiarem artificem palatinum, Hof-Handwercker alere, nil vetat, Magiſtrum an Boëthum aſſumant; Magiſterio enim dignus ille eſt, quem Princeps approbat *arg. l. 3. C. de Crim. Sacrileg.*

§. 17. Iſtud acrius diſceptatum fuit inter Mercatores vi- 149.
ni, certæ civitatis ex una, & Vietores ejusdem loci ex altera: Ecquid & Privatis domi ſuæ Boëthos alendi competat licentia, Collegiô nequicquam conſultô? Conquerentibus Doliariis, quòd contra ſuos Articulos, Rotulum & Privilegia ſic turbentur: Mercatoribus contrà excipientibus de Libertate naturali. Unde *Quæſitum: An* Boëthus valeat operam ſuam 150.
alii qàm opificii ſui Magiſtro, eique collegiato locare: & *Num* alius quàm qui de opificio & Collegio eſt, Boëthum conducere, alere, domique penes ſe habere poſſit? *An verò* Collegio deſuper jus

151. ullum prohibendi, & unde competat? Pro Mercatoribus facit (1.) quòd Collegia quævis, ſive Scholarium ſive Artificum, in ſe ſint de genere prohibitorum, donec ea jure inſtituta, vel inſtitui poſſe probetur *l. 1. ff. de colleg. & corp c. 1. x. de Relig. dom. in VI.* Cothm. *v. 2. Reſp. 64. n. 4.* & tum demum licita efficiantur, cùm eorum poſſeſſio vel quaſi, probatur ex literis fundationis, vel privilegiis à Magiſtratu conceſſis, vel aliis ex ſignis,
152. de quibus Beſold. *theſ. pract. verb.* Zunfft. Quinimò, Senatus non potuerit aut debuerit confirmare; Hodie enim inſtitutio Collegiorum ad jura ſuperioritatis videtur referri, adeoque hoc faciendo, Senatus exceſſerit terminos poteſtatis ſuæ; quia obſtat aliquis Receſſus atque inſuper ſtatùta loci. Hinc infertur, Non poſſe Collegium uti jure prohibendi, quando nec ipſum confirmatum eſt, per dicta *ſup. §. 3. num. 19.* quia qui alium vult impugnare & convellere, hunc oportet antè ſatis validum & præ-
153. munitum exiſtere. *arg. §. 7. I. quib. m. teſt. infirm.* (2.) Impetrantium petita, eſſe contra commnem utilitatem civitatis; Impetrantes intendere Monopolium, wollen den Weinhandel allein zu ſich ziehen: Taxiren ihre Arbeit zu hoch/ der Wein werde dadurch vertheuret. Quod ſi autem privilegia Civitati civibusque noxia & oneroſa ſint, ea omninò tollenda eſſe: quia
154. major Reip. habenda ratio quàm ſingulorum. (3.) Minoribus expenſis operas iſtas à famulis haberi poſſe: quippe qui non alant peculiarem familiam, adeoque facili negociô tantum mereantur, unde ſolitariam ſuam perſonam alere poſſint; & cùm alioquin alimentis indigeant, ſive Dominū nanciſcantur ſive minus; adeoque in lucro reputent, vel ab extraneo recipi, dubium non eſt, quin paſſuri ſint, minori ſe mercede conduci; cùm vix contingat, ut
155. perpetuô labore exerceantur, ſicut apud Magiſtrum. (4.) Quod Impetrantes promiſſum, de æquè minuta mercede accipienda, non ſint obſervaturi, quamprimùm Negociatores vini Boëthos quos nunc habent, dimiſerint. Quia enim ſecuri ſint, quòd neque dimiſſi ad eos ſint redituri, nec novos nacturi, captos tunc atque irretitos Negociatores pro lubitu tractaturi, atque nimiâ mercede oneraturi ſint, würden ſie mit der Arbeit hoch genug ſchrauben.

(5.) Faciat Regula Æquitatis, Concedi nobis debere quod no- 156.
bis prodeſt, alteri non obeſt, & citra ipſius incommodum fieri poteſt. Jam verò Magna ſit Famulorum peculiarium commoditas, quod eorum operâ in ſubitaneis occurrentiis, ſi fortè damnum immineat, confeſtim uti poſſimus, nec neceſſum habeamus Magiſtros accerſere, illorumque adventum præſtolari, periculum, vel ipſammet vini effuſionem interim ſuſtinere. (6.) Hoſce O- 157.
pifices vina Francica & Hiſpanica tractandi modum ignorare; unde præſtet, tales pro eadem pecunia conducere, qui peritiam habent & ob id magis commodi ſunt, quàm imperitis cum periculo ea committere. Ac malle (7.) ſe ex urbe potius egredi atque aliò commigrare, quàm Impetrantium miniſteriô & opera uti, & eam quaſi ſervitutem pati ad eosque alligari. (8.) Aliud 158.
ſuæ intentionis fundamentum ponunt Rei in longæva & antiquiſſima poſſeſſione, Alendi famulos opificiarios proprios in ſuis ædibus: id à tempore hominum memoriam excedente uſitatum eſſe, hoc libertatem commerciorum expoſcere, quæ ſine ea ſtare non poſſint. (9.) Poſt bellum Schmalkaldicum multas ſocietates ſeu Tribûs, ut Reip. pernitioſas, ex politica ratione abolitas fuiſſe; non entis Ergò nulla prædicata, & unà cum ipſis ſtimulus periit. (10.) 159.
Non ſe putaſſe, Impetrantes tam latè iſtam Ordinationem contra Mercatores iſtos & eorum famulos eſſe extenſuros. (11.) Quod per erectionem hujus collegii ſublatum ſit jus mercatorum acquiſitum, tanquam tertiorum & nunquàm auditorum, & quod in poſſeſſione immemoriali turbentur. (12.) Reſervatum eſſe Magiſtratui jus fasque caſſandi & limitandi collegii. (13.) Quod in 160.
*R. I. 1654. §. 106.* cauſæ ad politiam pertinentes, ad Magiſtratum loci remitti jubeantur, & eidem ſtatuta revocandi vel mutandi poteſtas concedatur. (14.) Rationem boni publici obſtare, quò minus famuli expellantur, & Impetrantes in ſua rolla manutenerí debeant.

§. 18. Pro Collegio Vietorum tanquam Impetrantibus alle- 161.
gatum fuit (1.) quod debeant Impetrati regulam æquitatis obſervare, & actoribus concedere quod illis prodeſt & Reis non nocet. Hôc ſuppoſitô, (2.) Nulla eſt, niſi vel calumniæ vel invidiæ cauſa, quod Rei commoda lucrandi opificibus eripere, & ſuis ſer-

vis

vis attribuere malint. Cùm tamen his omni jure debeantur, & omnibus Rollis ſeu ordinationibus illud perpetuô cautum, ut nemo
162. opificium exerceat, Niſi ſolenniter in collegium receptus ſit. Unde etiam vocatur ein beſchloſſen Amt: & qui non recepti ibidem clam artem exercent, vocantur Böhnhaſen/ Stöhrer: adeoque etiam in hac Rolla ab Imperatore & Magiſtratu. H. confirmata, *art.13.* diſpoſitum, daß kein Geſell noch Taglöhner bey einem Meiſter ſoll arbeiten/ der nicht das Faßbinden ebnermaßen an einem zünfftigen Platz bey einem ehrlichen Meiſter redlich gelernet / bey
163. Straff 10. Rthl. Nam, cùm (3.) Opifices iſti publica & neceſſaria omnibus officia præſtent, cives ſint, collectas & tributa perſolvant, onera perſonalia excubiarum ſubeant, cur peregrinis potius famulis concedantur iſta commoda, qui pecunias civium exhauriant, & in aliena transferunt loca, nullo minimô ærarii civitatis
164. commodô? ut tradit Greg. Tholoſ. *de Rep. L. 4. c. 9. n. 4.* Quid, quod ſi (4.) famuli iſti liberè concedantur, fruſtrà eſt omnis Collegii ratio, utilitas vel diſciplina. Ratio omnis collegii eſt, ut nemo opificium exerceat Niſi in id legitimè receptus: Utilitas eſt, ut illis lucrandi commoda obveniant: Diſciplina, ut benè diſcantur & exerceantur artes mechanicæ, & perſonæ in officio contineantur. Quæ omnia ceſſant, ſi liberum cuivis eſt, famulos domi
165. alere. (5.) Fatentur ipſimet Rei, quòd Mercatores vinarii antiquitus Opificum, & non domeſticorum famulorum operâ ſunt uſi: Id tamen tribuentes liberæ facultati, quod in arbitrio ipſorum fuerit, horum an illorum operâ uti. Intereà tamen hinc infertur, quòd ex actibus difformibus & diſſimilibus nulla legitima conſuetudo vel poſſeſſio introduci poſſit. Mynſ. *cent. 6. obſ. 42. n. 2.* Et notiſſimi juris eſt, id quod non ratione introductum, ſed errore primùm, deinde conſuetudine obtentum, in aliis ſimilibus caſibus
166. non obtineat. *l. 29. ff. de LL.* (6.) Impetrantes ſpecificè nominant primos mercatores & opifices commercium vinarium exercentes, qui non propriorum famulorum, ſed opificum miniſteriô uſi: quod Rei non contradicunt. (7.) Poſitâ etiam conſuetudine ſeu poſſeſſione, qualem Rei ſibi aſſerere conantur, tamen in Ordinationibus politicis *de A. 1548. Tit.* von Handwercks Söhnen/ Geſellen und Knechten. *37. & A. 1577. Tit. eod.* §. Wo aber iemands.

mands. *3. & A. 1530. Tit. eod. 39. R. I. 1551.* §. Weiters haben wir ꝛc. 167.
clarè diſpoſitum, daß die ankommende Geſellen ſich bey den Mei-
ſtern des Handwercks anmelden/welche ihnen mit Fleiß nach Dienſt
und um einen Meiſter umſehen ſollen. Et in eod. Receſſu *de A. 1551.*
§. Und nachdem etwan hin und wieder / cautum, daß alle den Ord-
nungen zuwiderlauffende Gebräuche/ Gewohnheiten und Herkom-
men hiermit caſſiret und aufgehoben werden. quod & repetitur *in
R. I. de A. 1559.* §. Wo aber iemand von ſolchen. 77. Ex quibus ite- 168.
rum patet, quod deprædicata Reorum poſſeſſio, ſicut ne in mini-
mo quidem probata; Ita, etiamſi demonſtrari poſſet, per Reces-
ſûs Imperii & politicas Ordinationes iterum caſſata & proſcripta
eſſet, tanquam irrationalis, evertens omnes Collegiorum Socie-
tates, & commerciis damnoſa. Quando enim conſuetudo non
tantùm LL. publicis adverſatur, ſed etiam invidiam & læſionem
proximi continet, nequaquã obtinere debet, ſecundùm Geil. *2. Obſ.
31. n. 12.* (8.) Præjudicare intendunt iſti Rei omnibus in Imperio 169.
& extra illud, artificum ſodalitiis, quorum omnium prima cura
& fundamentum eſt, ut nullus opificium exerceat, vel clam labo-
ret, qui in collegium receptus non eſt. Id enim tanquam pro-
prium ſemper omnibus rotulis ineſſe ſolet. Mev. *Jur. Lub. L. 4.
Tit. 13. art. 3.* Hoc ſi tollitur, jam ſubductô fundamenti fulcrô,
quod quaſi per omnium gentium conſenſum, Collegia ſuſtinet,
omnes ſocietates ſuâ ſponte collabentur.

§. 19. Quibus præmiſſis, *Reſp. ad rat. dub.* (1.) Quia uſus 170.
Collegiorum Reip. ſemper viſus fuit neceſſarius, hinc omnia arti-
ficia licita Collegii jure donata ſunt, in quibus Rector & Regentes
quidam conſtituuntur, qui ea quæ ad officium & uſum ejus artis
ſpectant, ritè ordinent atque diſponant. *l. un. C. de Privil. corp.*
Beſold. *de jur. colleg. c. 1. n. 2.* Et, quia Collegii confirmatio pu- 171.
blicæ autoritati relicta, ut cuilibet Magiſtratui Juriſdictionem
habenti poteſtas ſit erigendi Collegium, & eidem LL. præſcri-
bendi. Mev. *jur. Lub. lib. 4. Tit. 13. art. 3. n. 5.* Hahn. Weſ. *de LL.
n. 3.* Wehner. *obſ. pr. verb.* Zunfft. Richter. *Deciſ. 3. n. 4.* Igi- 172.
tur Nulla ſupereſt dubitatio, quin hoc Collegium quæſtionis, Vic-
torum H. à Magiſtratu ibidem, & pòſt à Sac. Cæſ. Maj. ſine re-
quiſito civium conſenſu, ritè & validè inſtitutum & confirma-

 tum

tum ſit. Cùm opificium hoc der Faßbinder / in toto Imperio pro licito & neceſſario habeatur; & ideò paſſim collegii jure donatum
173. ſit. *Non obſtant* Receſſus & ſtatuta: quia ſicut Magiſtratus, ex juribus adductis & communi obſervantia fundatam intentionem pro ſe habet; ita calumniosè diſputare videntur Rei, ceu Magiſtratus, hoc privilegium confirmando, poteſtate ſuâ abuſus eſſet: quaſi verò ejus autoritas à ſeptem mercatorum contradictione poſſet labefactari; cùm ex civibus reliquis ne unicus ſe opponat, ſed gratam habeant hanc Majeſtatis Sac. Cæſ. & Magiſtra-
174. tûs confirmationem. Et, ſi verba allegati receſsûs examinentur, cuivis patebit, iis non ademtam aut limitatam, ſed traditam & corrobaratam eſſe Magiſtratui poteſtatem erigendi & confirmandi tales ſodalitates, per formalia: Biß ein anders von E. E. Raht verordnet / oder durch die gemeine Bürger und Einwohner ein anders vertragen wird ꝛc. Ut non niſi per calumniam diſputa-
175. tio de Magiſtratûs circa hæc poteſtate, ſuſcipi videatur. Cùm & ipſi Rei tandem rotundè fateantur, quod Inſtitutio & confirmatio talium privilegiorum à Magiſtratu cujusvis loci dependeat, & ſaltem eam clauſulam addunt: ſi fiat ſine præjudicio Tertii. Quinimò, etiamſi civitates Imperiales paticularia poſſint erigere ſtatuta, iis tamen univerſalibus Imperii Conſtitutionibus & ordinationibus politicis præjudicare nequeunt. Klok. *tom. 1. Conſ. 20. n. 132.* ubi præjudicium Camerale allegat, in cauſa Dn. Sebaſtian Ro-
176. ders Witwen contra Heinrich Kruen *26. Jun. 1609.* Sicut enim ſe habent ſtatuta civitatum municipalium ad Superiorum ordinationes, quibus ſe ſubjicere tenentur. *c. 2. x. de maj. & obed.* ita ſe habent ſtatuta Principum & Civitatum Imp. ad Conſtitutiones
177. Imperatoris. Klok. *d. l. n. 133.* & quos ibi allegat. *Ad (2.)* Reſp. Si petita impetrantium eſſent contra communem utilitatem, dubiò procul plures quàm ſexſeptem cives reclamaturi eſſent: Equidem intendunt, ne quisquam alius opificium vietorium exerceat, ſed exinde non fluit Monopolium vini. Nec monopolii ſpeciem habet hæc ſocietas, quaſi pauci iſta compendia
178. ad ſe ſolos derivare vellent: quia certus Collegarum numerus hîc non denominatus; ſed omnes admittendi, quicunque capaces; & de facto octoginta Magiſtri in ea reperiuntur, quibus quæ-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id370197097/48 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

quæſtum quotidianum jure debitum, Ordinatione conceſſum, propter paucorum mercatorum invidiam ſubtrahere difficile fuerit. Quod ſi in manupretio graves alicui exiſtant, in ordinem revocantur; Habent illi ſuam taxam in rotulo ſeu ordinatione *art. 8.* à Magiſtratu præſcriptam, ultra quam aliquid ab ipſis exigi, nec ipſi Rei adſerunt. *Ad (3.) Reſp.* contradicunt 1. ſibi ipſis 179.
in duplica ſua *fol. 8.* ubi, cùm ipſis ab Impetrantibus objectum eſſet, daß die Weinhändler ſich der Meiſter und ihrer Knechte bedienet, hiſce formalibus Reſpondent: Sie hetten damals den Handel nicht ſo ſtarck geführet/ und dahero die Arbeit durch die Meiſter gegen Bezahlung Taglohns wol verrichten laſſen können/ weilen ſie nicht eben darauf eigne Knechte gehalten und ſo große Koſten thun wollen. Hanc confeſſionem poſteà rurſum evertere 180.
conantur, quaſi majores impenſas opificibus quàm ſervis propriis facere teneantur. 2. Offerunt ſe opiſices Ordinis, quod eâdem pro mercede ipſis laborare velint, quâ poſſunt à ſervis iſtis habere: igitur habent Rei quod intendunt, nec amplius ratione inpenſarum aut læſionis boni publici, quærimonia ſupereſſe poteſt.
Ad (4.) Reſp. fruſtraneum eſſe allegatum. Eſt enim Magiſtra- 181.
tus oppidanus, eſt Cæſar ipſe, qui Vietores in ordinem redigere, qui ad rollæ obſervantiam cogere, qui privilegiis omnibus exuere poteſt, ſi ipſis abutantur, cùm non deceat privilegia collegii eo uſque valere, ut ea in detrimentū Reip. convertat, vim amittunt quatenus nocent, eveniente noxâ exepirant, & Superior ea tollere aut limitare poteſt. Georg de Cabedo Hiſpanus *deciſ. 19. n. 17.* & abuſus juſta privationis cauſa eſt. *§. f. J. de his qui ſui vel al. jur. l. 1. & 2. ff. eod.* Mev. *jur. Lubec. L. 4. T. 13. a. 3. n. f.* Ad (5.) Reſp. 182.
Svave quidem argumentum eſſe, ſed quod ſi attenderetur, omnia ſimul Collegia everteret. Omnes in reliquis civitatibus Imperialibus mercatores vinarii, vel qui vina ex propriis vineis colligunt, eâdē ratione uti poſſent: dantur patresfam. qui centena vini plauſtra in cellis poſſident, nec tamen de propriis famulis alendis cogitant, tanquam re illicita, & Conſtitutionibus Imperii prohibita, nec meliorem hos mercatores deſiderare puto poſſe conditionem, quàm quaſi omnes reliquæ Imperii civitates, imò & extra Imperium utuntur. Ad (6.) Reſp. quod arbitrantur adverſarii, 183.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id370197097/49
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

quaſi victores neſciant modum tractandi vina exotica; Id pro injuria & cavillatione illi accipiunt, utpote qui in illis partibus peregrinati, artem quoque ſuam ibidem exercuerunt; quin & ſuf-
184. ficientes peritosque ex illis partibus famulos ſubſtituent. Ad (7.) Reſp. Puniendam eſſe hanc Reorum arrogantiam, qua ſe potius vel exceſſuros civitate ſeu jactitant ſeu minentur, quàm miniſteriô vel operâ Impetrantium uti velint. Nec flecti enim Juſtitia illis minis debet: Cùm in aliis quoque civitatibus, ubi majus vini commercium eſt, nulli tamen famuli domeſtici à mercatoribus ſuſtentantur. Majus, puto, lucrum illos ſentire, quàm ut tam citò id relinquant: quod nec fieri poteſt; & ſi facerent, confeſtim adeſſent alii, vel ex Impetrantibus, qui locum illorum ſubintrarent, & civitati majora commoda, copiamque vinorum adferrent: & ſi aliò migrent, meliorem tamen conditionem alendi famulos pro-
185. prios non reperient. Ad (8.) Reſp. Si tantum probarent Rei quantum deprædicant, jam indubia victoriæ ſpes penes ipſos eſſet; ſed nec unum teſtem producunt, nec unicum locum nominant, in quo ſimilis libertas exerceatur vel in uſu ſit. Quod verò Collegia ubivis vigeant, quod nulli liceat opificium exercere aut famulos alere, qui albo Collegii non eſt inſcriptus, id in omnibus civitatibus & terris, ubi vel vina creſcunt, vel commercia vinorum florent, receptum eſt & notorium; & vix credibile, nec ullâ ratione probatum, quod hæc ſola civitas, hoc ſolum collegium, non poſſit aliorum
186. jure & conditione cenſeri. 2. Fatentur ipſimet Rei, quod mercatores vinarii antiquitus opificum, non famulorum domeſticorum operâ ſint uſi; Id tamen tribuentes liberæ facultati, quod in arbitrio ipſorum fuerit, aut horum aut illorum operâ uti. Ex quo tamen infertur, quod ex actibus difformibus & diſſimilibus nulla legitima conſuetudo vel poſſeſſio introduci poſſit. Mynſ. *cent. 6. obſ.*
187. *42 n. 2.* Et notiſſimi juris eſt, id quod non ratione introductum, ſed errore primùm deinde conſuetudine obtentum, in aliis ſimilibus caſibus non obtineat. *l. 29. ff. de LL.* Ad (9.) Reſp. Non latere iſtud quidem, ſed differunt iſtæ Societates à Collegiis de quibus hîc ſermo, quæ ſaltem opificii exercendi cauſâ, non ad ſuffragia ferenda inſtituuntur. Ad (10.) Reſp. Propriam allegare turpitudinem, qui ait: Non ſe putaſſe, Impetrantes tam latè iſtam ordinatio-

tionem contra mercatores iſtos & eorum famulos eſſe extenſuros: quomodo enim ignorantiam prætexere poſſint, quam Jus gent. conſenſus omnium civitatum, obſervantia omnium Collegiorum confutat, quam Receſſus & Ord. Imperii confirmant? Ad (11.) 188.
Reſp. Nullum jus ſub prætextu falsò jactatæ utilitatis publicæ, Nullam poſſeſſionem unquam acquiſiviſſe, ut *ſup.* demonſtratum, Nec acquirere potuiſſe, Legibus Imperii obſtantibus, & omnia talia collegiis contraria caſſantibus, & irrita reddentibus. Ad (12.) Reſp. Nullam adeſſe caſſationis aut limitationis cauſam, quæ, licèt reſervata, ſine ratione tamen fieri nec debere nec poſſe. Ad (13.) 189.
Reſp. juſſam quidem eſſe Remiſſionem, ſed tum demum, ſi circumſtantiis benè conſideratis, cauſa opificiorum legibus, rationi & Imperiali conſtitutioni conformibus adverſetur, ut Magiſtrorum & famulorum diffamationes injuriæque evitentur: So fern dieſelbe Sach wieder ſelbigen Orts hergebrachte vernünfftige/ und denen Reichs Conſtitutionibus nicht ungemäße Handwercks und andere hergebrachte Rechtmäßige Ordnung lauffet. Quo caſu, ſi Appel- 190.
lantes nullum juſtum gravamen oſtendunt, ſi appellatio præſcriptis Collegii regulis, rationi & legibus Imperii repugnat, ſi à Judice vel Magiſtratu loci prius informatio petita, omnibusque disſcuſſis, ratio boni publici id efflagitare videtur, cauſa ad Judicem loci remittenda eſt. Aſt, noſtri Impetrantes, nil quod rationi, ar- 191.
ticulis Collegii aut Conſtitutionibus Imperii repugnet, deſiderant, petunt manutentionem Rollæ à Magiſtratu & Imperatore confirmatæ: rogant ne ipſis ſubtrahatur quæſtus quotidianus, ut non evertatur articulus Rollæ fundamentalis; ut relinquantur beneficia quæ Rolla ipſis tribuit, quæ conſtitutiones Imperii confirmant, quibus alia Collegia omnia in omnibus Imperii civitatibus perfruuntur. Ad (14.) Reſp. ex hactenus deductis eſſe mani- 192.
feſtum, quod nulla hîc ratio boni publici obſtet, quò minus Impetrantes apud ordinationem ſeu Rollam ſuam manuteneri, famuli Reorum domeſtici tolli & paritio injungi debeat.

§. 20. Atq; hæc ita diſputavit Laudatiſſimus JCtus Dn. Franc. 193.
Friedr. ab Andlern, tunc temporis in Academia Herbipolenſi Anteceſſor Nobiliſſimus, hodie in aula Cæſarea Conſiliarius Imperialis Eminentiſſimus, *in ſua Jurisprudentia quâ publica, quâ priva-*

194. *ta Lib. I. Tit. 4. n. 36. ad fin. pag. 102. ſqq.* unde excerpſimus. Utrum
autem cauſa judicialiter fuerit definita, & in utrius partem victo-
ria inclinaverit? equidem exinde non licuit perſpicere: Quoni-
am tamen Vietorum boëthos etiamnum in mercatorum vinario-
rum miniſterio paſſim per urbes Imperiales deprehenduntur,
non aliud conjicere licet, quàm aut jure ſuô Vietores excidiſſe,
195. aut ſanè rem in ſuſpenſo permanſiſſe. Lubet igitur, tum exerci-
tii, tum veritatis indagandæ gratiâ, pauliſper in cauſam inquirere,
ac *duo* hæc præprimis: (1.) Quô genere actionis: & (2.) Ad-
verſus quemnam Vietores experti fuerint? Inſpicere. Ac *primùm*
quidem videtur, ac ſi *Actio Negatoria* potuerit inſtitui, fueritq; in-
196. ſtituta; Ajo tibi jus non eſſe, miniſtris artis noſtræ uti. Nam hæc
intentio ex ſup. deductis haud obſcurè eluceſcit, eſtque non mi-
nus dilucidè in eorum rotulis, nempe *artic. 13.* Daß kein Geſell
noch Taglöhner bey einem Meiſter ſoll arbeiten/der nicht das Faß-
binden ebner maßen an einem zünfftigem Platz/bey einem ehrlichen
197. Meiſter redlich gelernt/bey Straff 10. Rthl. quàm ipſis Imperii re-
ceſſibus v.g. *1551.* §. Weiters haben wir ꝛc. fundata, ubi quippe cla-
rè diſpoſitum: Daß die ankommende Geſellen ſich bey den Mei-
ſtern des Handwercks anmelden/ welche ihnen mit Fleiß nach
Dienſt und um einen Meiſter umſehen ſollen. Jam verò Negatoria
198. non ſolùm ſuper ſervitutibus, ſed & quovis alio jure competit. Sic-
ut enim actio utilis Confeſſoria hodie ad aſſerenda & vindican-
da incorporalia jura alia Gerechtigkeiten/ accommodatur: Ita &
Negatoria ad illa neganda. *arg. c. Tua. 15. c. prohibemus. 19. x. de
Decim. l. 5. §. 2. ff. ſi uſusfr. pet. l. 3. C. de præſcr. 30. ann. l. 9. §.
2. in f. ff. de damn. inf. l. f. ff. de Arb. cæd.* vid. Henn. Hammel
*tr. de Act. c. V n. 5. c. VI. n. 3.* Joh. Fab. *ad §. æq. 2. J. de Act.* Dn. Hahn.
199. *de Jur. rer. concl. 56.* Vereor tamen, ut hanc actionem inſtitue-
rint, tantô Patronô muniti; quia ut maximè de cœtero quadret,
petitorium tamen judicium eſt, à quo ut abſtineant, Advocati pri-
mitus edocentur, ac maximè ſibi cavent: quia enim Reorum par-
tes favorabiliores ſunt, quivis mavult Rei quàm actoris partes ſu-
ſtinere: Reus autem tunc eſt poſſeſſor: jam ſecundùm vulgatum
200. illud: Beati poſſidentes. *An igitur Poſſeſſorium inſtituerunt*; & an
recuperandæ, an tuendæ, Uti poſſidetis? Sanè, Mercatores vina-
rios

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id370197097/52
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

rios in poſſeſſione eſſe, confiteri videntur. *Num igitur* Prohibitoriū: Ne alant: *An* Reſtitutorium inſtituerunt? ſanè ſponte ſuâ boëthi ad illos acceſſiſſe dixeris. Num igitur Exhibitorium, de Libero homine exhibendo? Dolô enim detinent, quibus ſtatuta vietoria *ſup.* allegata nō ſunt incognita. Enim verò, ut invitos non occuparunt, 201. ita nec ingratiis eorum detinent. Sunt etiam ea judicia omnia ordinaria. Videntur autem magis extraordinariam perſecutionem inſtituiſſe; quia non Actorum ſed Impetrantium nomine veniunt: nam licèt Condictionem ex moribus, de qua vid. *t.t ff. de condict. ex lege*, ibiq; Dd. inſtituere potuiſſent, attamē unusquisq; amat brevitatem, & quod poteſt fieri per extraordinariæ perſecutionis compendiū, non debet fieri per judicii ordinarii diſpendium. Eſto igi- 202. tur, Exhibitô eos extractô articulorū ſuorū, ubi de non alibi, quàm apud Magiſtrum artis ſuæ regularem, operis elocandis diſponitur, petiiſſe, Mercatores vinarios ad certum diem citari, iisque injungi, dimittant, & ad ſuos Magiſtros relegent boëthos, ſecurosve Magiſtros collegiatos reddant, de non amplius eos turbando, aut poſthac homines ſuæ artis in familiam ſuam ſuſcipiendo. Jam ſuborirentur *Quæſtiones: Ecquid* Vietores in concreto: Aut, reducendo 203. hypotheſin ad theſin: An Ullus opifex, vel ullum collegium, valeat quosvis alios homines vetare, Ne in famulitium ſuum aſſumant Ullum ex genere aut familia opificum, Boëthum, optionem, adjutorem, aut quô nomine inſignias? Et, ſi in facto contin- 204. gat, iniiſſe vel mercatorem, agricolam aut quemcumque œconomum, cum famulo quodam opificiario contractum locationis, de operis familiaribus præſtandis: Quô commodiori remediô negocium iſtud diſturbent & jus ſuum perſequantur? *An* mercatores prohibendo, ne conducant: *An* boëthos, ne iſtis operas elocent?

§. 21. *Ad priorem Qu.* quod attinet, dubium (1.) non eſt, quin u- 205. nusquisq; illius juris quod ipſi in LL. propoſitum eſt, perſequendi facultatem habeat: Ad quid enim prodeſſet, Scribere LL. aſſignare in iisdem perſonis ſtatum & conditionem, attribuere illis res atque jura, Niſi & perſequi illa liceat, ad eaque perſequenda remedia ſuppetant? Jam verò magiſtris & collegiis jus hoc datum eſt, Ne 206. Boëthi ſui ad alios tranſeant, conſeq. artis fundamenta & arcana ad exteros, transferant, & adverſus Magiſtros, ingratiſſimos ſe exhibeant,

hibeant, ſibiq; in eventu ipſis maximè noceant : dum tantum olim
decedet ipſis,quantũ nunc ipſi transferunt ad alios, ſubducunt au-
tem ſuis Magiſtris : quid vetat E. huic malo obviare, maximè judi-
207. cialiter? Accedit (2.) & hoc, Quod nec ruſtici patiantur, famulos
ſuos ſibi abſtrahi, ac non exigua LLatoris cura ſit, Ne agricul-
tura detrimentũ capiat ex eo, dũ homines agris colendis idonei &
neceſſarii, paſſim ad opificia & officia oppidana alia adſumantur.
Integra ſanè Natio Vandalica vendicatur ruri, glebæque ita ad-
ſcribitur,ut ad opificia nullatenus admittatur. Tacemus nunc (3.)
præceptum decalogi decimum,Non concupiſces proximi ſervum!
208. Ex parte adverſa *pro Conductoribus facit*, quod (1.) UTI FAMULIS,
ſicut in œconomia ſpacioſa neceſſarium, ita in ſe ex genere per-
miſſorum; nec ulla lex hactenus datur prohibitiva: Multò minus
(2.) usq; huc prodiit aliqua, jubens ut certi generis homines aſſu-
mantur,prohibensq; extra profeſſionem egredi & v.g. Militem,uti
209. operâ paganorum, keine Land-und Bauersleute zu werben. Sed hoc
ſolum, ne,qui actu aliorum ſunt ſervi,& operas patribusfam.loca-
runt, ex ſuo famulitio trahant ad militiam, ipſis, eorumq; dominis
invitis, ante tempus locationis finitum; Item ne ipſos patresfam.
abſtrahant ab uxoribus,à re familiari,ab homagio Principis. Cœ-
210. terùm exteros,cœlibes, adeſpotos, ſeu qui ſunt abſque domino, &
quorum ſpacia ſunt finita, ſcribere non vetantur. Non (3.) Ruſti-
cum, Ne operâ aliûs, quàm ruſtici utatur. Ita enim videmus ci-
ves quosdam famulas ſuas ruſticis meſſis gratiâ locare, daß ſie ihr
Geſinde in der Erndte auf den Schnitt ſchicken und verdingen:
ipſos etiam cives,imò adeò ipſos opifices egenos,& quorum operæ
opificiariæ haud deſiderantur, operas œconomicas patribusfam.
lubentiſſimè, & abſque omni periculo vel diſpendio juris collegii
211. locare. Quorſum pertinent (4.) in prædiis Nobilium uſitati præ-
fecti inſtrumentorum Schirrmeiſter/ utplurimùm periti arte in-
ſtrumentorum conficiendorum, eaq; propter etiam ampliori mer-
cede conductorum,ut conſtat ex *Conſt. Elect. Sax.* ſuper æquilibrio
mercedis famulorum, Geſinde Taxa. *31. Jul. 1623. claſſ. 8. in corp.*
*J. Sax. vol. 1. fol. 510.* Einem Schirrmeiſter der ſein eigen Waffen/und
das Geſchirr machen kan/ 12.14.15. biß 16. fl. Einem Unter-Schirr-
212. meiſter/ ſo das Geſchirr nicht machen kan/ 10. biß 12. fl. Quinimò



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id370197097/54
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

(5.) quotidianum atque exinde notorium eſt, in œconomiis am- 212.
plioribus Illuſtrium perſonarum, Monaſteriorum & ſim. peculia-
res haberi Lanios, Piſtores, Vietores, non Magiſtros utique, verùm
ut plurimùm Optiones, ſeu tales adjutores qui vice Magiſtrorum
eſſe poſſunt; & pro lubitu Collegio illius vel proximæ civitatis in-
corporatos eſſe, eorum jura impetraſſe vel neglexiſſe, ac nihilomi-
nus à Dominis ſuis defendi. Quid vetat igitur, quò minus (6.) ſin- 213.
gulæ quoque perſonæ privatæ, ſed quorum œconomia plures exi-
git diverſæ conditionis perſonas, tales inter cœteros conducant,
qui juxtim opificiũ aliquod calleant, & pro re nata unum vel alte-
rum artis ſuæ actum exerceant? Quoties contingit, Chirurgorum
Sartorumque boëthos, operas miniſteriales aliis præſtare, vor
Cammer-Diener uffwarten? Ubi (7.) probè attendendum di- 214.
ſcrimen objecti & modi, ſeu Operarum communium, & quæ artis
ſuæ ſunt propriæ: item: Principaliter illas locaverint, An ex acci-
denti & in facto quandoque operentur: Potiſſimùm autem ad ſco-
pum & finem, qui omnes actiones diſterminat, attendendum eſt.
Sicut v. g. Vietores vinariis mercatoribus operas ſuas vietorias di- 215.
rectò non elocant, nec eâ intentione ad eos accedunt, ut artem ſu-
am apud eos continuent & exerceant, aut quidquam arcanorum
ad eos transferant; licèt ex accidenti eveniat, aliquid ſuæ artis ab
aliis obſervari, ſed absque veris principiis atque fundamento: ſed
potius, ut ipſi artem ſuam perficiant, ſeu aliquid ulterius eidem
addant, aliunde quàm à Magiſtro hauriendum. Nec enim o- 216.
mnia diſcimus Tyrones à Magiſtro, ſed peregrinando expe-
rimur & proficimus; Unde proverbium: Hab ichs nicht er-
lernt/ ſo hab ichs erwandert. Non aliter ac ſi Murarius ad Qua-
dratarium, Steinmetzen/ aut hic ad ſtatuarium, Bildhauer/ artis
in gradu excellentiori addiſcendæ causâ tranſeat: Idem foret, ſi 217.
Faber lignarius artis architectonicæ diſcendæ gratiâ ſe committat
Architecto. Nec abludit, quod v. g. chirurgus, ut peregrinandi
absque ſuis ſumtibus occaſionem habeat, operas vulgares & fami-
liares alicui Domino addixit; ac nihilominus barbam quandoque
radit, crines reſecat, aut fucum ſeu capillos adſcititios die Peru-
que comit, aut ſimile quid ad artem pertinens facit. Sicuti & 218.
quando ſartor pro famulo camerali ſervit, & unà veſtium curam

gerit, purgat, ſarcit, recondit, promit: ea enim omnia ex accidenti fiunt, & nihil inde arcanorum artis ad dominum redundat; aut ſi conducens boëthum, occaſionaliter aliquid ab eo perſcrutatur, idem fiet, conductô Magiſtrô: Et quæ invidia eſt, Nolle aliquid artis ſuæ ſciri ab aliis? quid E. ſi quis ex ſe didicerit? Sanè in uſum ſuæ familiæ aliquid efficere, neminem jure vetabunt artifices!
219. Nec foret ſatis cauſæ, ſi Sartores Magiſtri ad ſimilia pro æquali mercede ſe offerant: Neque enim totos ſe mancipabunt alii, aut partem familiæ alienæ fieri ſe patientur, longè minus domum familiamque ſuam propterea relinquent; & ſi faciant, oneroſi erunt Domino. Neque contrà Dominus indiget, v. g. Sartore profeſſione tali, nec Magiſtri aliud quàm veſtes conficere vellent, cœtera autem miniſteria, quorũ causâ locatio inſtituta, quorumve Dominus maximè indiget, recuſaturi erant. Atq; adeo eveniet directô contrarium ejus, quod Dominus receptione hujusmodi famuli intendebat, voletque ſervus ex parergo facere ergon, ab ergo planè immunis eſſe.

220. §. 22. Quibus præmiſſis, facilis erit *ad inſtantias reſponſio.* Nam ad (1.) Reſp. verum quidem eſſe, quòd Tranſitio ad alios Boëthis prohibeatur: at verò, non omnis actus qui contra legem fit, eſt ipſo jure nullus, de quo vid. Vinn. *ſelect. Qq. Lib. 1. qu. 1.* Sed ſpectanda intentio prohibentis: At ex contextibus oppoſitis *R. I. 1550. Tit. 39.*; *1548. Tit. 37. & ſim.* patet, hoc ſolùm prohibitos,
221. ne ipſi circumeant operas quæſitum, ſed alios ablegent. Item in oppoſito Rotulo civitatis H. *artic. 12.* prohibitos ſaltim eſſe Boëthos opificum, ire ad irregulares ſui opificii magiſtros, aſt non prohibentur ire ad planè extraneos & qui in ſuo genere ſunt inculpati: Minus verò prohibentur illi Extranei, ad ſe ve-
222. nientes propriâ ſponte, ſuſcipere. Ratio autem ſuperioris prohibitionis non hæc eſt, quaſi omnis ad alios tranſitio in ſe & abſolutè ſit illicita, ſed fit ſolùm compeſcendorum irregularium Magiſtrorum cauſâ, ut ex hac deſertione & contemptu, deducantur ad agnitionem ſui, exciteturque apud ipſos odium ſtatûs ſui præ-
223. ſentis, & deſiderium receptionis inter honeſtos. Alioquin ſi ad eos ut tales boëthis liber acceſſus eſſet, diſcrimen nullum animad-
verte-

verterent, nec magnopere curarent, in gratia collegii eſſe, vel ſolitarios. Dum igitur lex non operatur ultrà, quàm tendit ratio, at verò prohibitio magis adverſus Irregulares & in eorum odium directa eſt; ſequitur, licitam eſſe boëthis tranſitionem ad cæteros; Nam exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis: & Odioſa non ſunt extendenda. Deinde, omnia exaudienda ſunt Rebus ſic 224.
ſtantibus & in eodem ſtatu permanentibus. Prohibitio illa tendit quidem adverſus boëthos, ſed illos, qui eundem ſtatum volunt retinere & continuare, atque ſic poſt aliquod tempus ad ſuos redire. Nam ſi ad alios transeant, intentione illam profeſſionem addiſcendi & olim exercendi, jam nihil amplius ad priores attinent. Neque tunc Magiſtri Jurisdictionem aut ſtatuta ſua extendere poſ- 225.
ſunt ad extraneos, nec aliud ſanè ſentiunt damnum, quàm Numerum ſuorum eſſe unô homine minutum; At verò, id non magnoperè adverſatur ſcopo collegiorum communi, qui ſemper ad coarctationem perſonarum ſolet eſſe directus. Quod ſi quis redit 226.
poſt tempus, continuaturus priſtinum opificium, tunc poterunt eum caſtigare, ſicut moris eſt, & cùm apud irregulares ultra quatuordecim dies quis commoratus eſt, muß es verſtraffen. Poterunt item à Magiſterio arcere, dum docere non poteſt transacta, inter ſuæ artis atque profeſſionis homines, peregrinationis ſpacia, ſolle Kundſchafft bringen/ daß er dem Handwerck nachgezogen / und ſeine Zeit bey ehrlichen Meiſtern zubracht. Ad (2.) Reſp. Longè di- 227.
verſam LLatoris, circa conſtitutionem famulitii, Geſinde- und Bauer-Ordnung eſſe intentionem, ac circa opificia, Handwercks-Ordnung. Quoniam enim ſtatus ruſticanus ipſis ſordet ruſticis, optat ephippia bos piger, & laboris declinandi causâ catervatim aliud vitæ genus quærunt, ſtudendum utique atque laborandum, ut ad priorem ſtatum reducamus in eoq; eos retineamus, Ne agricultura, cœterorum ſtatuum fundamentum, neceſſariò perſonarum numerô deſtituatur. At, omnibus paſſim ad opificia conflu- 228.
entibus, nullâ retentione opus eſt, præcipuè, dum ipſi opifices fermè ignorant, quibus modis multitudinem ſodalium cum effectu reprimere & coërcere valeant, ſubinde ingemendo; die Welt ſey voll Volcks und allenthalben mit Leuten überlegt / können nicht fortkommen / geb nichts zuverdienen: petunt numerum reduci,

möchts Handwerck biß uff ſo viel Perſonen laſſen ausſterben.
229. Quod ſi tantus eſſet inter collegia opificum defectus Boëthorum, quæ Ratio eſt, quod ſpacia docendorum tyronum tantopere diſtendunt, ut ſingulis ſexenniis vix unum habere liceat? müſſen ſechs Jahr uff einen inne halten. Aut quare non egenos & labore vacuos adſumunt de ſuo collegio ſodales, arme Meiſter/ quorum
230. operâ in vicem boëthorum deficientium utantur ad interim? Ad (3.) Reſp. Procedere in caſu, quo Mercatores Vietorum optiones à ſuis miniſteriis abſtraxiſſent: ſecus in receptione ſponte adventantium eorum qui bonâ pace à prioribus Magiſtris dimiſſi, ratione autem futurorum, adhuc ſunt vacui atque liberi.

231. §. 23. Ad alteram Qv. quod attinet, brevibus volumus nos expedire: *Utrum* Vietores actionem ſuam adverſus boëthos, an eorum hoſpites direxerint? &, *Utrum* facere debeant quævis alia Collegia, caſu eveniente? quid item interſit, hoc an illud faciant? *Primùm* ex actis conſtat, non Boëthos ſed Mercatores vinarios, tanquam quaſi poſſeſſores aut detentores conventos fuiſſe, quip-
232. pe adverſus quos omnis diſputatio dirigitur. Nec credideris immeritò: (1.) cùm & vindicatio & ad exhibendum actio, cum omnibus ſuis poſſeſſoriis remediis, adverſus poſſeſſorem competant, & (2.) noxalis actio propter damnum à quadrupede vel ſervo acceptum, ex ſolo poſſeſſionis principio contra Dominum detur, utpote qui dubiò procul animal protecturus, nec inconſultô ſe abduci paſſurus ſit: Idem noſtros quoque mercatores facturos, vero
233. admodùm ſimile. Et quidni (3.) adverſus illos? Sunt enim illi, qui collegiis & Magiſtris ſuos boëthos abſtrahunt, deſertoribus refugium præbent, abs quibus receptaculis ſi foret, boëthi miniſteria dominis, ſeque ipſos haut ſubtracturi eſſent, juxta illud: Wo kein
234. Häler iſt/ da iſt auch kein Stehler. Quòd autē (4.) adverſus celatores, quàm profugos agere præſtet, ex eo colligas, quòd priori caſu, factô manifeſtatô, & celator puniri & profugus recuperari queat: aſt, actione ſolùm adverſus deſertorem inſtitutâ, hunc equidem recuperabis, at ille impunis erit; Nec enim Judex impertit officium, niſi imploratus: & ſententiam oportet eſſe conformem libello, nec progredi licet Judici ultra quàm petitum eſt.

235. §. 24. Econtrà, ut largimur, adverſus mercatores actionem in-

tenta-

tentatam fuiſſe, ita minimè ſic fieri conducere aut oportere arbitramur: Per *rationem*, quòd formulæ actionum concipiantur ex verbis Legum, ut adeò, In cujus perſonam Lex non eſt concepta, in eum neque actionem dirigendam eſſe conſtet: & ſicut alio agente quàm de quo loquitur inſtrumentum, Exceptio: Tu non es nominatus in inſtrumento, naſcitur: ita & paſſivè, ſi alius conveniatur. Unde inferimus: Actionem adverſus Mercatores perperam 236.
inſtitutam fuiſſe, iiſque exceptionem intentionis & facti, ſeu Non competentis actionis competiiſſe; quâ non oppoſitâ, æquè atq; ex altera parte peccatum fuiſſe. Minorem noſtram ut probemus, nulla neceſſitas cogit, quia negativa eſt, cujus per rerum naturam nulla probatio, eique inhæremus, donec lex afferatur, vetans Ne quis alterius quàm ſuæ conditionis homines in ſuam familiam ſuſcipiat, Illi, *xx.* qui hactenus ſeu *ex Receſſ. Imperii*, ſeu *Rotulis Collegiorum* 237.
allati ſunt, de boëthis quidē loquuntur, ne illi ad irregulares Magiſtros accedant; ad hoc autem, Ne alius eos ſuſcipiat, ad quod tamen probandum allegantur, minimè pertingunt aut ſufficiunt: & ſolent quoque ſtatuta opificum ſtricti juris eſſe nec ultra literam extendi, ut adeò nec interpretatio extenſiva locum habeat. Quin 238.
etiam, adverſus Mercatores illos vinarios prohibitio iſthæc non quadrat, ut qui Vietorum boëthos præ reliquis equidē eligunt atq; alunt, tanquam profeſſioni ſuæ hactenus aptiores, quòd vaſorum, doliorum, ligni & transfuſionis vinorum, (cui ſolent vietores adhiberi) des Weinziehens peritiam habent majorem: & in ſubitaneis caſibꝰ rupti cinguli, hiantis dolii aut ſim. opidò fructuosè adhibentur: Ad ipſa autem vaſa nova conficienda, & opificium in- 239.
tegrum formaliter exercendum, nec indigent iis nec adhibent eos Mercatores; ſed ad curanda vina, tanquam functionem primariam, cui altera illa, cinguli applicandi, aut ſi quid inexpectatis eventibus aliud ex arte vietoria præſidium accerſitur, ſaltim accedit, & ut ita dicam famulatur. Quod, utrum mercatoribus prohiberi, aut, utrum Rotuli, eorumque articuli huc applicari queant, eſt de quo dubito. Nec faciunt quidquam, quæ in contra- 240.
rium adducta ſunt, Opus fuiſſe, ut conveniantur magis Mercatores tanquam Detentores, & qui veroſimiliter boëthos protecturi, retenturi, & ne diſcedant aut abducantur impedituri: Nam labo-

rat hoc argumentum falſâ hypotheſi; nulla hîc adeſt Detentio aut
241. inviti retentio. Sunt Boëthi homines liberi, ſui juris, nec in Victorum nec Mercatorum dominio, ut dicere poſſis, alterum eos alteri detinere, vorenthalten. Cùm tempore conductionis finitô à mercatoribus diſcedere cupiunt, bonâ pace dimittuntur. Et ſi præter voluntatem detinerentur, ipſi ad libertatem erant proclamaturi;
242. Victoribus obſtat Exceptio Juris Tertii. Nulla deinde ſubeſt fuga vel latibulum; oportet Boëthos ex more & ſtatutis opificialibus peregrinari, atque ſic utique à Magiſtris diſcedere, quia, ut paulò antè dictum, non omnia domi diſcunt: quod autem ad mercatores vinarios divertunt, non ſanè in cellis perpetuò latent, aut tanquam in carceribus ſubterraneis detinentur: neque etiam ob unius alteriusve optionis, ad aliam profeſſionem digreſſi, penuria adjutorum apud Collegia exoritur, tanta quidem, ut operosô proceſſu
243. opus ſit revocari domum, quin alia ſuppetant remedia! Satius longè, credo & prudentius feciſſent, Mercatores nequaquam lite pulſando, & ſolis boëthis denunciando, ad ſuos ut redeant Magiſtros, ſub comminatione jurium opificialium adverſus eos exercendorum; quæ, qualia ſint, *ſuprà* jam dictum, Excluſio videl. à jure Magiſterii, propter defectum documentorum, quibus peregrinando inter officinas & magiſtros legitimos verſatos ſe do-
244. ceant. Mulcta item atque expiatio ſeu emendatio. Ita enim abſque ſtrepitu judiciario per indirectum ſuâ autoritate jus ſuum potuiſſent conſequi; cœteri boëthi hôc exemplô facilè abſterriti fuiſſent. Ut autem etiam in futurum collegia ſecura eſſe potuerint, novô articulô id efficere potuiſſent, quô etiã exteri prohiberentur uti miniſteriô boëthorum in negociis œconomicis, (dum poſſibile ſit, talem à Magiſtratu obtineri:) Sed tum deberent etiam Magiſtri mercatoribus promptius & æquioribus conditionibus inſervire, nec non peregrinantibus ſociis operas ſuppeditare, ne ex
245. deſperatione cogerentur ad alios ire. Quod igitur ultimô locô, tanquam Cautela & compendium fuit allatum, ſi actio inſtituatur adverſus Magiſtros, Refutatione non indiget, dum ipſosmet autores ſuos fefellit, ac pro duobus effectibus ſperatis neutrum protulit, ut hâc viâ nec ſocios è nido, nec mulctam hoſpitibus excutere potuerint. Sed de his plus fortè quàm ſatis hæc dicta, omnia autem rectius ſentientium judicio commiſſa ſunto.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id370197097/60
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

# Cap. VI.
## De Prohibendo artis exercitio.

§. 25. Reſtat videre, quarum Rerum prohibitio ſit? Ubi 246.
notandum, quædam ex jure naturæ eſſe, atque *in facto conſiſtere*,
h. e. liberrimæ cujusvis poteſtati & arbitrio relicta eſſe, quæ dicuntur Res meræ facultatis, conjunctæ cum quadam indifferentia faciendi omittendive; harum prohibitio nemini de jure competit, factaque impunè ſperni poteſt. Quod ſi tamen aliquis eidem ob- 247.
temperet, alteri ex diuturna intermiſſione demum jus quoddam, cum facultate impoſterum prohibendi agnaſcitur. conf. Gebhard. *tract. de Uſucap. cap. 3. §. 2. n. 28.* Grot. *de J. B. & P. L. 2. c. 4. n. 5.* quia per illam Prohibitionem conſtituit ſe in quaſi poſſeſſionem Juris prohibendi, in eaque confirmatus eſt per alterius ceſſationem & acquieſcentiam. Quædam contrà magis *in jure conſiſtunt*, 248.
ſeu, cenſui rerum communium exempta, uni, vel pluribus unum repræſentantibus, pro jure proprio aſſignata, à quorum uſu quemvis, ut à cœterarum noſtrarum rerum corporalium occupatione, arcere atque prohibere poſſumus: Suntque, ſi campum juris peragrare liceat, innumera, ſed ad noſtrum ſcopum pleraque impertinentia. Quantum autem ad rem opificiariam attinet, viciſſim 249.
*duum generum* eſſe videntur: aut enim magis concernunt ſingulos qui ſunt in Collegiis, atque adeò uſum quendam privatum diffundunt in quemvis, etiam ſeorſim conſideratum; Aut verò non cadunt niſi in integram univerſitatem ut talem: Illa exercent & conſequ. prohibent etiam Singuli, quanquam non aliter niſi quatenus ſunt de univerſitate, & ſub auſpiciis Collegii. Quibus præ- 250.
miſſis, pro *Regula* quoad Jus prohibendi notandum, quòd illud regatur ſecundùm Jura competentia: Quodlibet igitur Collegium ejusve membra, noverint, quid vel ex ſuis privilegiis vel ex more & recepta conſvetudine ipſis competat: Ne vel plus quàm debetur arrogent ſibi, vel de juribus ſuis ex ignavia quid remittant. Ea 251.
*quæ ſingulis debentur*, colligi ferme poterunt ex his quæ de juribus Magiſterialibus dicta ſunt: v. g. (1.) *Artis propagatio* per doctri-

nam & inſtitutionem puerorum: Hinc omnibus qui artem rite non didicerunt, aut collegio ſe non univerunt, aut eodem rurſus quavis causâ exciderunt, vel ſaltim ad tempus ſuſpenſi ſunt, inter-
252. eà prohiberi poteſt Tyronum informatio. Quemadmodùm non ita pridem collegium Vietorum hujus loci conquerebatur adverſus Nicol Henzken, (Vietorem extra collegium viventem, de cujus ſtatu atque jure plura dicendi alibi recurret occaſio,) quòd puerum quendam cognatum ſuum informandum ſuſceperit, quem nec ipſe mittere; aus gelernt geben/ poſſit, nec collegium liberum
253. pronunciaturum ſit, loß ſprechen: Rogabat igitur Injungi utrisque, tam Magiſtro quàm pueri Parentibus ſeparationem; qvum certum ſit, non alium quàm Turbatorem inde evaſurum, würde anders nichts als einen Pfuſcher aus ihm ziehen: offerendo ſimul in gratiam pueri alium Magiſtrum idoneum ac regularem; Juſſus quoque Senatûs ſecutus eſt: ſed partes, ut mihi relatum, poſteà tranſegerunt, ac Collegium irregularem Magiſtrum in gratiam
254. recepit. Pertinet iſthuc (2.) *Artis exercitium*, quod conſiſtit partim in Rerum ad illud opificium pertinentium elaboratione & productione, quá prohibere poſſunt aliis, per ratione͂, quia licèt quis calleat, arte͂ tamen aut ex ſe, aut penes Irregularem didicit magiſtrũ, & ſic ex fundamento non callet. Ex quo principio etiam Facultas Medica cenſuit, Materialiſtis non competere Præparata, Deſtillata
255. & Compoſita; quod ex arte illa conficere non didicerint: In quodam ad Illuſtris Regiminis tutelaris inſtantiam arbitrio, emiſſo *d. 27. Mart. 1681.* verbis: (3.) Denen Materialiſten keine præparata, deſtillata oder compoſita zu führen zu komme/ weil ſie die præparation, deſtillation und compoſition der Kunſt gemäß nicht gelernet/ und darinnen viel Betrug zu großen Nachtheil des gantzen
256. Landes vor ſich gehen kan. Vel, licèt rite didicerit, magiſterium tamen ſuum certo addixit loco, iſt auf eine gewiſſe Stadt Meiſter worden/ non debet igitur ire ad aliam, in præjudicium magiſtorum illius loci. Hinc Opifices collegiati in unaquaque civitate habent Jus prohibendi extraneos qui ſunt ejuſdem opificii, Ne ad illam civitatem veniant, operarum ſuarum ibid. elocandarum gratiâ, daß keiner dort ſelbſt darf Arbeit dingen/ und noch weniger
257. verfertigen. Quando igitur Georg Diezel, Lorarius Geranus argue-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id370197097/62 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

arguebatur, quòd à Corbello, Magiſtro equitum Cæſareano, de Legione Comitis Dinnevvaldici, Jenæ hybernante, conduxerit certum numerum frenorum, & quæ ad apparatum equeſtrem ſpectantia, ſuæ artis homines conficere ſolent, eaque ex parte hîc quoque perfecerit, Noluerunt ipſum ad ſortitionem in nundinis admittere, Donec cauſa coram Senatu Jen. ♀ *30. Aug. 1678.* amicabiliter componebatur.

§. 26. Iſtud quæſitum memini, Num iſta prohibitio usque eo 258.
ſit extendenda, ut Ne *inſtrumenta* quidem vel *adminicula opificii ſui*, cùm poſſit, opifex quiſpiam, ipſemet aptare ſibi valeat? Finge: Sutorem coria velle præparare, Fabrum clavos ſolearios conficere? quod poſterius Clavularii die Nagelſchmiede / adverſus Thom. Severin. Hirſch / ſolearium Hufſchmidt urgebant *15. Nov.*
*1678.* Sanè durum videtur, Juberi ab aliis ut emas, quod penes 259.
te ipſum habes; atque inconveniens iſtud inde proventurum, ut nec ſpartum ſeu cheleuma, (ſunt fila picata, Schuedraht) aut clavos crepidarum ligneos, quorum confectionem plerumque aliis ob vilitatem laboris, & quòd non mereantur operæ pretium, committere ſolent, amplius ipſimet ubi velint, præparare, vel ferrum
acuere valeant, quin Cotarius der Schleiffer intercedat. Enim- 260.
verò, ubi vel jure collegii deſtituuntur, qui prohibitionem arrogant ſibi, vel vilitas rei non meretur contradictionem, vel alter in poſſeſſione exiſtit, meritò repellerentur prohibituri; ſicuti etiam præallegata cauſa *Clavulariorum* relinquebatur in ſuſpenſo, ex illa cauſa, quòd nec ſtatutorum copiam, quorſum tamen provocaverant, ad manûs habebant, nec Reus ad hanc cauſam citatus
ſed ex accidenti præſtò fuerat. Sed ubi de ipſa materia ſermo, ſic- 261.
uti *Sutores* inter ac *Coriarios* diſputatio eſt de corio præparando: Aliter ſentiendum videtur. Nam licèt diſtinguas, utrum in eodem Collegio juncti ſint, nec ne: ut priori caſu promiſcua ſit uſurpatio: ſicut quondam Numburgi ſervatum fuit: attamen & Clavularii noſtrates tunc cum cæteris fabris collegiati erant, ac nihilominus contradicebant: Nec defuerunt Sutoribus Numburgenſibus lites, donec à Coriariis per Julium Epiſcopum ſeparabantur.
Circa hanc tamen materiam generaliter tenendum, eſſe quoſdam 262.
*actûs*, nullius opificis proprios, ſeu, ob quos nemo artifex dicatur,

& quorum exercitium non tranſierit in artem peculiarem, ſed vel *acceſſories* vel *miniſteriales* cœterorum, quales ſunt ſuprà memorati ſecandorum clavulorum ligneorum, Schuepflöcker ſchnitzen/ acuere ferrum ſchleiffen/ quibus addas ductionem filorum lineorum ac laneorum ſpinnen. Hujusmodi homines pannificibus famulari ſolent, tantum abeſt igitur, ut quidquam prohibere au-
263. ſuri ſint. Dantur autem & *actûs*, qui *peculiare opificium* dici merentur, qui, uti opus à ſe deſtinatum ad finem deducunt, ita tamen rem ultimò intentatam haud perficiunt, ſed aliis abſolvendam præparant; ſuntque utplurimùm ejusdem generis diverſarum familiarum: veluti qui ex Lana diverſas ſpecies, Tuche/ Stoff- und Zeuge conficiunt, non niſi Sartoribus veſtimentorum materiam
264. præparant; idem de corio: Ut adeò aliquando unica materia plures exerceat opificum familias, prius quàm in deſtinatam ſpeciem perveniat, v. g. Charta ratione libri: atque hi quidem, qui primitus ex crudo elaborant, rariſſimè ſub manu & poteſtate rem usque ad finem retinent, v. g. Pannifices, qui per familiam ſuam la-
265. nam & pexant & in fila deducunt, & ipſi pannos texunt. Illi verò ſuperiores, aliquando & primos labores, ſed limitatè & ſolùm in uſum artis ſuæ aptare permittentur, nec v. g. Marſupiarii per Alutarios, Ephippiarii per Coriarios impediri queunt: Aſt, aliquandò in tantum familiæ iſtæ opificum, cæteroquin cognatæ, divortium ab invicem fecerunt, ut neutra quidquam alteri de ſuo indulgeat, ſicut de Sutoribus & Coriariis dictum, atque idem in Pan-
266. nificibus & Sartoribus, Typographis & Bibliopegis obtinet: Sic, ut nec Sutor corium, nec Sartor pannum conficere, aut Bibliopega libros imprimere permittatur, utcunque ad artem ſuam fundandam conducat, & absque illo operari non valeat: quia ſunt alii, quorum ea eſt principalis profeſſio. Cœterùm, ſi inſtrumentum aliquod, cujus confectio ad aliam artem pertinet, elaborare in uſum ſuum valeat, velitque tantum arti ſuæ ſubducere,
267. non adeò poterunt credo alii refragari. Unde quæſitum: Ecquid Bibliopega libros ſuis ſumptibus imprimendos Typographo locare, iisque deinde negotiari valeat? Pro cujus affirmativa dicebatur, Ex genere permiſſorum eſſe, & vel ruſtico licere pecuniam ſuam impendere utili cuidam libro in publicum procurando;

præprimis, ſi Bibliopolæ nondum jus Collegii nacti, jure prohibendi deſtituantur. Sed in contrarium allegatum fuit, Adverſari 268.
hoc tum generali principio, de non egrediendis ſuæ profeſſionis terminis, tum ſpeciatim intentioni Principis, qui privilegiorum conceſſione confuſionem artium, vitæ generum & modorum lucrandi ſtudet evitare, quam ob cauſam nec Typographis libros compingere licet. Ad inſtantiam facilè reſponſum fuit, ſi ex li- 269.
beralitate quis alieno libro in publicum promovendo ſuos impendere nummos velit, non iri impeditum, ſed ſi negotiationis exercendæ cauſâ fecerit, interceſſuros & Typographos & Bibliopolas, quorum diſtincta & peculiaris hæc eſt profeſſio: Pro Typographo reſcriptum *31. Mart. 1683.* Acceſſerunt autem & aliæ cauſæ, ob quas inhibiti ſunt per Academiam Typographi, operas ſuas locare in illo libro imprimendo.

§. 27. *Affinis*, ſed altioris indaginis eſt *Quæſtio: Utrum* Pater- 270.
fam. quivis in uſum familiæ ſuæ valeat res quasdam producere, aut actûs (per ſe an alios) expedire, qui cœteroquin ad opifices pertinent? Quam controverſiam moverunt LANII, omnemque moverunt lapidem, ut obtinerent; jam ante ſpacium temporis præſcriptionem Saxonicam longè excedentis. Et qui- 271.
dem prætenderunt Lanii Jus prohibendi Mactationem domeſticam, Das Heim- oder Hausſchlachten/ adverſus Incolas loci cujuscunque generis, in quemcunque uſum fiat, eique tam acriter inſtiterunt, ut adhibitis miniſtris publicis, pecora per portas civitatis introduci conarentur impedire. Fuerunt autem *Incolæ* tum 272.
temporis in triplici claſſe, ſeu *trium Ordinum*, Cives Academici, Officiales Principis, qui ſcil. Præfecturæ gratiâ heic commorabantur, & cives oppidani; hinc autem atque inde partim ſuæ œconomiæ mactando proſpicere, partim Studioſis menſam apparare, Miniſtri autem Ducales ipſi etiam Principis culinæ, ſicubi huc divertiſſet, zu Fürſtl. Ausrichtungen/ de carnibus providere conſveverant: quare ſi tantam quantitatem ſecundùm pondus ac libram 273.
è macello coëmere velint, non ſolùm prudentiæ œconomicæ ac legibus parſimoniæ videbatur adverſari, verùm in ſpecie juramento, quô miniſtri Ducales ad intereſſe Principis tenentur; nec debebat Princeps in hac manſione extraordinaria deterioris eſſe

conditionis quàm in aula, ſedeque ordinaria, ubi ad macellum
274. non eſt alligatus. Quare & ad humilimam Academiæ & Præfecturæ denunciationem, Senatui oppidano *d. 18. Mart. 1647.* reſcriptum, ut collegiatos de corpore Laniorum ſeverè propterea increpet, ac ſub mulcta quinquaginta florenorum inhibeat, ne quenquam, poſthac prohibeant, in uſum familiæ ſuæ mactare, aut pecorum introductionem in portis urbis impediant: additâ clauſulâ
275. juſtificatoriâ, ſi quid pro ſe allegare valeant. Quando igitur factâ *diſtinctione* inter neceſſitatem familiæ cujusque, & commoditatem alendorum convictorum, Lanii humilimè ſe declaraverant, prius ſe non impedituros, at poſterius concedere non poſſe, tanquam ſuis privilegis adverſans; Id tanquam æquitati conveniens, approbatum, atque Senatui mandatum fuit *10. April. ejuſd. anni*, ne Collegium ultra id gravetur, & accedente præprimis ejuſdem relatione *de dato 15. Jun.* clementiſſimè confirmatum *d. 7.*
276. *Julii 1647.* Sed, quàm difficile fuerit, ſeparare neceſſitatem œconomiæ, ab uſu compranſorum, Patuit ex eo, quòd nunquàm hæc reſcripta firmiter in obſervantiam pervenerint. Imò *Academia* tandem *interceſſit*, maximè in favorem Studioſorum egenorum, qui cibum ab hoſpitibus domi præparatum ad muſeâ curant ſibi aſportari, pro eoque tenuem penſionem hebdomatariam perſolvunt, cujus intuitu & hoſpites, plerumque tenuis quoque conditi-
277. onis, non valent multum expendere. Unde cogitatum, Annon *pecorum* mactandorum *numerus* Patribusfam. definiri, & in ſingula trimeſtria, pro aucto vel imminuto Studioſorum numero variari expediat? ne Collegium adeò numeroſum, & nummô carnariô, quem dicunt Acciſam, oneratum, in ruinam deducatur. Cujus rei causâ paucis abhinc annis *1671. d. 26. Nov.* Senatui oppidano
278. per Reſcriptum relatio injuncta fuit. Equiqem tunc in conſiderationem venit, in quo ſtatu res Collegii Laniorum ſit, tum (1.) ob ingentem Sodalium numerum, qui omnes utique honeſtè ſe alere volunt ac debent. (2.) Tenorè privilegiorum, Ne ab alio in arte ſua turbentur, quæ promiſſa, ipſis quoque præſtanda. (3.) Praxin aliorum Collegiorum, quæ quietô gaudent privilegiorum
279. ſuorum exercitiô, & adverſus Turbatores tuitione. (4.) Onera quæ in publicum ferunt commodum, nummi ſcil. carnarii, quem

vocant

vocant *Acciſam;* cujus intuitu non immeritô compenſatio quæ-
dam illis debetur. (5.) Inſignem domeſticæ mactationis ab-
uſum, quô termini neceſſitatis œconomicæ exceduntur & collegio
huic, ob multos reſpectûs favore digniori, præjudicatur; Id quod
meritò abolendum. Et ſi quæ plura occuerrerint.

§. 28. *Econtrà* quoque ut ponderetur, allatum fuit, quòd (1.) 280.
Tantum non ſit commodum, quod publico per hoc collegium
adfertur, Ut propterea patribusfam. compendium iſtud familiare
præcidendum ſit; quia menſtrui triginta floreni, quos eo nomine
pendere conſveverunt, neque ſtatum atque perenne onus, ſed ad
certum tempus impoſiti, nec etiam ærario provinciali illati, ſed
in uſum Principis domeſticum impenſi, pro re nata quoque rur-
ſus remiſſi ſint; quòd ſi E. partibusfam. domeſtica mactatio peni- 281.
tus auferenda, & huic collegio perpetuò adſignanda, nulla ſanè
foret utrinque proportio: & in eventu non Lanii hoc onus, quod
perperam gloriantur, ſed Patresfam. tuliſſent: unde fluit (2.) quòd
tantum quoque non ſit onus ut ei ſuccumbant, niſi hôc jure pro-
hibendi remunerentur: quia nummum non de ſuo ſolvunt, ſed ab
emptoribus exigunt, dum pluris caro illorum taxatur. Quin 282.
potius duplex eâ ratione redundaret onus in œconomos, qui &
commodô ex mactatione domeſtica ſperatô carere, & libidini
lanionum in auctiori pretiô expoſiti, novum damnum ferre, & his
à quibus premerentur, gratias agere, honorariumque dare coge-
rentur; abdicare ſcil. ſæpè dictam mactationem & in manûs La-
niorum reſignare. (3.) Quòd inter Lanios haud pauci, quorum 283.
res familiaris pro conditione ſua non malè habeat, exiſtant: opor-
tere igitur cœterorum egeſtatem neutiquam ex his, quas præten-
dunt cauſis deſcendere, verùm quòd curam opificii debitam non
habeant, Boëthos, quibus commodè carere poſſint, alant, hos pro
lubitu agere ſinant, intereà vacunæ, gulæ atque ludo litent. (4) 284.
Quòd numerum ſuorum ſodalium nimium quantum augeant,
quotoscunque habeant filios, totos lanios faciant, ac quod pal-
marium eſt, nimis maturè, annô vix unô elapſo è doctrina dimit-
tant, quo pabulum pecoribus ſaginandis aptum dignoſcere ægrè
didicerint, & poſtquàm horizontem ſemel egreſſi fuerint, Magi-
ſtros creent; Non mirum igitur, tot unius opificii magiſtris, qui 285.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id370197097/67 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ultra ſeptuagenarium excreverint numerum, condignè alendis, reditûs hujus loci haud ſufficere, quibus vel amplior tractus non ſuffecturus ſit: An verò juſtum, ut cœteri cives, cum jactura ſua hos alant, & illorum errorem an luxuriam emendent, ſuôque damnô ſuſtineant? Eccur non aliis artibus mancipent? Nî arcana
286. ſuæ artis compendia quædam noſſent! Denique (5.) decrementum Acciſæ carnariæ, ſi vel maximè doceri aliquod poſſit, non tam ex œconomorum domeſtica mactatione, quàm ipſorummet ſodalium quorundam Collegii Laniorum clandeſtina mactatione & obambulatione, quâ carnes librationi publicæ haud ſubjectas oſtiatim circumferant, ut exempla deprehenſorum docuerint, ſuboriri. Quando igitur Relatio Senatûs *d. 27. Januar. 1672.* in eam circiter ſententiam emanavit, hactenus quieverunt.

## Caput VII.
## De Atteſtatis doctrinæ prohibitis.

287. §. 29. Ad exercitium opificiorum, & operum iſthuc pertinentium confectionem, pertinet quoque Jus Boëthos habendi, iisque famulitiô finitô atteſtata tum præſentiæ, tum vitæ ac morum impertiendi: conſeqv. facultas aliis irregularibus utrumque horum prohibendi. Sunt enim opificia quædam ejus naturæ, ut unus Magiſter ſufficiat *integritati* & perfectioni rerum perficiendarum; ſed non *numero*: quædam verò plurium hominum ma-
288. nûs in unoquoque corpore elaborando requirunt. Quare, ſi quis jure collegii reddidit ſe indignum, hunc inter alios modos coërcent Sociorum prohibitione. Atque ita Collegium Sartorum hujus loci, contra contribulem ſuum, ante octenniû fermè obſervavit, ut ex cauſa plurium, quàm per ſtatuta licuerit, Optionum habitorum, cœteros quoque diſcedere juſſerit: quanquàm pro ſe exculpando poſtmodùm allegaverit, Patrem ſuum cum puero ad
289. ſe divertiſſe ac hoſpitii jure exceptum fuiſſe. Illos autem quos alere licuit, poſt emenſa ſervitii ſpacia cum elogio ſeu atteſtato, Kundſchafft dimittere ſolent, cui præter alia etiam hoc inſeri conſuevit, in quo genere operum conficiendorum, worauf er geſtanden/ auxiliares præbuerit manûs. Et quoniam inter opificia vicina facilè

cilè turbatio contingere poſſit, abſtinendum ab atteſtato operis ſeu dubii ſeu certò prohibiti. Nam ſuper hac ipſa arrogantia, parti 290.
adverſæ dabitur anſa prohibendi. verbi gratiâ, Inter Lanios Kno-chenhauer & Carnarios Küter / ſuper finibus utriusque opificii diſceptatur, tanquam poſterioribus nihil quàm mactatio domeſtica & coctio popinaria competat; cùm tamen plura exerceant: *Quæſi-* 291.
*tum ergò : An* Lanii poſſint prohibere Carnarios, quò minus dent atteſtata ſuis pueris, Lehrbrieffe: aut ſociis Kundſchafften / ſuper alio quàm domeſtica mactatione, Hausſchlachten & coctione, Garbraterey? vel: Reducendo hypotheſin ad theſin: *An* unum opificium vel collegium poſſit prohibere aliud, atteſtari indefinitè ſuper omni eo quod illud exercet, docet ac profitetur? Ratio dub. 292.
*pro Negativa eſt*, quod Non debeat plus eſſe in referente, quàm reverâ præexiſtit in relato: quia enim referens nihil probat niſi de eo appareat, Geil. *L.1 obſ.82. n. pen.* per *Auth. ſi quis in aliquo. C. de Edend. l. 27. ff. de cond. & dem.* conſequ. nec eidem ultrà quidquam creditur. *l. 77. ff. de her. inſt.* & *auth. ſi quis C. d. t. l. 31. ff. de. cond. & dem.* Geil. 2. *Obſ. 1. n. 15.* Atqui Doctrina & Atteſtatum ſuper eadem, habent ſe mutuò ut referens & relatum. E. O- 293.
portebit igitur antè certum fieri, An aliquid docere & exercere liceat, quàm doctum vel exercitum fuiſſe teſteris. Non licere autem Carnariis omnia promiſcuè, ſed eſſe præter eos & Lanios, quibus plura liceant, & ſi Carnarii tale quid invadant, jus prohibẽdi competere, ex diverſis rationibus & fundamentis doceri poſſe, prout ſequentia docebunt, ſit in comperto. Deſumuntur autem partim à nomine, partim à reipſa. *Primum* itaque *fundamentum* eſt: 294.
Diverſa nomina diverſas res ſignificare *§. 5. J. quib. m. teſt. infirm.* Decius *Conſil. 218. n. 10.* quicunque E. opifices, & quæcunque collegia nominibus differunt, reipsâ quoque diſtabunt: Nam ſi eos una vis & poteſtas una ſociaſſet, cur diverſum iis vocabulum tribueretur? *l. 7. C. de. Codicill.* Eſt enim alias perpetua Doctorum 295.
querela, Plures eſſe res quàm vocabula, ſic, ut aliquando plures res eodem vocabulô, diverſas tamen ſignificationes, v. g. generis & ſpeciei ferente, ut in Adoptione, Solutione, Novatione, contentas eſſe oporteat; adeoque in denominationum pluralitate neutiquam luxuriandum; & diverſitas vocabulorum manifeſtô ſit indi-

ciô,

ciò, plures diverſasque res ſubeſſe, nec temerè multiplicata fuiſſe
296. nomina. Jam verò, Nominibus diſtincta ſunt opificia Carnariorum, quos dicunt Küter / Hausſchlächter / Garbräter / & Laniorum, qui Knochenhauer vocantur: utique ergò & diverſas artes & diverſam doctrinam eſſe oportet, Nec, quod uni convenit, alii ſub
297. generalibus titulis & ſcriptis ſibi ſumere debent. *Deinde* factô ipſo quoque ea Collegia diſtincta ſunt, autoritate Barnimi Ducis Pomeraniæ, quando ſuper limitibus artis vel opificii ante ſesqui ſeculum fermè Stetini mutua diſceptatio exorta fuerat, *1540. d. 15. Septemb.* decernendo: Daß das Amt der Knochenhauer und Küter geſchieden ſeyn ſolle. Jam verò: quod Principi placuit, legis
298. habet vigorem. *§. 6. I. de I. n. g. & c.* *Tertiò* ipſa rei natura eos ſeparat, quia ipſa opificia & ex iis operæ multum inter ſe diſtant & diverſa ſunt, Ideoque confundi minimè debent. Berlich. *part. 1. Deciſ. 26. n. 1.* nec permitti, ut unus artifex alterius artificiô utatur. Georg. de Cabedo Hiſpanus *part. 1. deciſ. 158.* Confuſio enim illa officiorum & collegiorum licitorum, quibus reſpublica carere nequit, tollit juſtitiam diſtributivam, & non poſtremam humani generis partem evertit. Dauth. *in tract. de Teſtam. n. 300. ſub*
299. *fin.* Huic *Quartò* accedit ipſe uſus, dum Carnarii factô ipſo ſe rei diverſitati conformant, & non indefinitè artem illam mactandi pecora tractant, ſed ſaltem in iis, quæ domi quisque mactari curat, ad usùs domeſticos aut popinam: unde etiam Hausſchlächter & Garbräter vocantur: Ideoque nec aliter atque uſurpant, docere, & doctrinæ teſtimonium edere queunt. Nam qualitas cauſæ qualitatem tribuit effectui. Roland. à Valle *Vol. 2. Conſil. 35. n. 21.* & *Conſ. 71. n. 23.* Inde limitata cauſa limitatum producit effectum,
300. *l. 16. ff. de A. R. D. l. 2. ff. de his quæ in teſt. del.* Quibus ita præſuppoſitis, pronè ſequitur *Quintò* quòd poſt diſtincta opificiorum jura, ſic in civitate ſit agendum, Ne promiſcuis actibus rerum turbentur officia, & aliis creditum alii ſubtrahant *l. 23. C. de Teſtam.* quilibet hoc tantùm poteſtatis arripiat, quod mandatum curæ ſuæ ſpecialiter approbatur, Ne quod injunctum alteri, collegii jure præſumat; Ne, dum hoc ſibi invicem mutui officii cauſâ partiuntur, agant cuncti quod ſingulis credebatur *l. 2. C. de Execut. & Ex-*
301. *actor.* Plura, quæ in hanc rem congeſſit Dn. Mevius, à Carnariis

ſuper hac controverſia conſultus, videri poſſunt in *reſponſorum ad Comment. Juris Lubec. annexorum VII. poſt initium ſub rationib. 6, 7. 8. 9. & 10.* cujus ſcrinia nunc compilare aut in totum excutere non eſt animus. Viſuri intereà, quæ in gratiam Conſulentium pro *rationibus decidendi* attulerit.

§. 30. Et *primò* quidem aſſumit ſuprà propoſitam adverſa- 302.
riorum doctrinam & hypotheſin, de Referente & Relato; ex ſuismet eos principiis convicturus, Invertendo: Quidquid eſt in Relato, hoc poteſt & debet quoque eſſe in Referente: & quidquid eſt in Arte tanquam cauſa, id ab ea non eſt ſeparandum in effectu, quia Fides facti non debet arctius reſtringi quàm factum ipſum, quouſque pertingit artis exercitium, eo uſque & illius atteſtatum
ſeu documentum. Nam ſi effectûs cognoſcuntur & regulantur 303.
ex ſua cauſa, ſequitur, quòd nec debeant eſſe deterioris quàm illa conditionis *l. 5. ff. de J. & J.* Gœdd. *Conſil. Marpurg. vol. 4. Conſ. 48. n. 223.* nec illa ſeparari, ſed quidquid eſt in cauſa, hoc quoque permittendum in eo quem illa intendit effectu: dum de cœtero
non impediatur. Jam ſubſumimus: Atqui Docere, ſeu artem 304.
propagare, Operari, ſeu entia artis ſuæ producere, & de utriusque veritate facti atteſtari, ſunt effecta cujusvis artis; Ergò, quam quisque artem, & in quo objecto atque negocio publicè privatimque, jure & more ſui opificii exercet, iſtam in eo jure corporeve docet diſcipulos, in eadem promovet ſocios, ſeu alit adjuvas,
Is utique ſuper his omnibus atteſtari non eſt prohibendus. Et 305.
transferendo hypotheſin ad theſin: Multis modis, locis, objectis & negociis aliis quàm domeſticâ pecorum mactatione occupantur Carnarii, ſuumque opificium exercent: *nim. 1.*) Pecudes civium ad domeſticos uſus mactant. *2*) ut & eas quibus inſtruuntur Popinæ. *3.*) quibus veſcuntur milites ex annona militari. *4.*) Ipſorummet Laniorum opificio operas præſtant & arte ſuâ ſuppetias
ferunt: & ſi *5.*) Lanii quos alios in miniſterium aſſumere velint, te- 306.
nentur tales jus Collegii Carnariorum petere & aſſumere, ſicut hoc ex tenore ſtatutorum Collegii prolixius apparet. Inſuper *6.*) carnarii Carnes præparant, *7.*) Cibos coquunt ad epulas nuptiales *8.*) vendunt in foro carnem ſuillam: & quæ ſimilia continent: Certiſſimô argumentô, Latius patere artem & jus opificii, quàm ut re-

ſtringi debeat ad certam ſpeciem & ſolam mactationem domeſti-
307. cam. E. Simile (2.) *deinde* argumentum ducitur à ſpecimi-
nibus artis edendis , Dum quousque pertingunt artis experi-
menta, eousque indubiè & atteſtata: eſt enim mutua horum
connexio, ut alterum ex altero ſequatur, h.m. Cujus rei ſpecimen
artis, & vel Magiſterii experimentum dare me oportuit, id quo-
que callere, exercere, docere, docuiſſe atque exercuiſſe profiteri
& atteſtari potero: Sanè enim non in minutiis peritiam oſten-
308. dere jubebimur, ſed id in quo culmen artis poſitum. Jam verò
longè plura, quàm quæ nomine mactationis domeſticæ continen-
tur, à Carnariis documenta didicitæ artis deſiderantur, in ſuis ſta-
tutis, Ibi: Wer deß Wercks Gerechtigkeit gewinnen wil / ſoll
ſeine Hand beweiſen mit Kochen / Ochſenhauen und Speckſeite
machen / und was ſonſt zu dem Handwerck gehöret. E. & de iiſ-
309. dem teſtari. Quibus poſitis , Non officiunt, quæ in contra-
rium allata ſunt. Nam *ad (1.) Reſp.* A nomine ad rem ipſam
non efficaciter concludi, Niſi ubi adæquatum rei eſt, eandemque
exhaurit; ſecus ſtatim ubi à potiori ſaltem, ut plerumque fit, de-
nominatio ſumitur. Nec enim excluſivè tunc inferendum eſt:
Vocantur Hausſchlächter: E. præter hoc nihil ipſis licet, Cœ-
310. tera omnia ſunt illis prohibita. Quin nec ſemper hoc appoſitum
Haus/ reperitur, ſed in Rotulo ſuo ſimpliciter Schlächter Ma-
ctatores vocantur. E. vulgus non poteſt per ſuam phraſin deroga-
re juri ſtatuto. Deinde etiam ex diverſitate nominum colligimus
quidē diverſitatem rerum, ſed ſolùm quoad rem ipſam, confuſè &
in genere, non autem diſtinctè quod ad rei modum & omnes qua-
litates: quarum intuitu ſi quis peculiare quid inferat, tenetur pro-
311. bare. Id quod etiam *ad (2.) rat. dub.* applicamus. Separaſſe quidem
Sereniſſimum collegia, & ſic noluiſſe per alterum alteri fieri inju-
riam, ſed ſi quid attentetur, prohiberi poſſe. Hæc omnia perti-
nent ad Majorem. Jam ſubſumas: cœtera, quæ ad domeſt. macta-
tionem non pertinent, Carnariis adempta, poſſeque per Lanios
prohiberi: In ſpecie verò, Non poſſe illos atteſtata dare. Ea
312. omnia neutiquàm intendit Princeps. *Ad (3.) Reſp.* Conceden-
do Collegiorum & jurium diverſitatem: Quæſtio tamen non in eo,
ſed hoc eſt; in quo diverſitas conſiſtat? Num Carnarii inducant
con-

confuſionem, audeant invaſionem? quod illi negant, nec contra-
rium hactenus probatum. Ex quo ſimul (4,) dubitandi ratio
corruit, cujus reſolutio quoque ex parte in reſponſione ad pri-
mam ſita eſt; Sicut ratio dub. (5.) in decid. tertia.

## Cap. IIX.
## De Prohibenda Negociatione.

§. 31. Tertium quod ad ſingulos Collegiorum pertinet, eſt 313.
*jus Negociandi*; Emendi quidē materias ad artem ſuam pertinentes,
vendendique compoſita; Conſequ. jus prohibendi Ne vel alius
quàm ego, vel ab alio quàm abs me emat: Vel etiam vendat alius
manufacturas artis meæ, quàm ego. Nam, licèt Mercari, Nego- 314.
ciari, per ſe ſint actûs meræ facultatis, naturali ac gentium jure
cuivis pro lubitu & arbitrio permittendi. *l.5. ff. de J. & J. l.7. §. f.*
*verſ. quia ſolutio ff. de Cur. fur. l.5. C. de O. & A.* adeò, ut nec pa-
ctô ſeu propriâ conventione ab ejusmodi actu ſe quis excludere
valeat. Paul. de Caſtr. *Conſ. 144. n.3. L.2.* Tamen nihil impedit,
quò minus ea, quæ ad jus naturæ vel gentium pertinent, de jure
civili limitari, & conſequ. ejusmodi quoque actûs meræ faculta-
tis ad certum modum adſtringi queant. *l.6. ff. de J. & J.* ſic, ut cer-
to tantùm hominum generi actibus meræ facultatis uti frui liceat.
Heig. *L. 1, qu. XV. n. 28. 33.* Unde Magiſtratus rectè promulgat 315.
Ordinationes de rebus in foro venalibus, prohibendo extraneos
uſu fori, ne eas res quas cives illius loci faciunt ipſi, exponant ve-
nales. Mod. Piſt *p. 4. qu. 132.* Beſold. *de Univerſ. c. 8. n. 7.* ubi ra-
tio. Cui adde, quòd id plerumque fiat ad invidiam eorum, dum
merces extraneorum vulgus præfert genuinis. Berl. *p. 2. pract.*
*Concl. 3. n. 9. junct. p. 1. deciſ. 150. n. 29. ſqq.* Ac licèt porro quidam 316.
opifices non niſi operas aliis præſtent mercenarias, attamen, aut fa-
cultates eorum non ferunt mercaturam, haben den Verlag nicht:
aut Opificium negociationem ſolis Senioribus, aſſiduô labore
confectis & ad operandum inidoneis reſervavit; aut negociatio
non ſtat cum opificio, ut in Coquis caligariis Sartorum, Hoſenkö-
chen. Ad illos artifices, qui privilegium ſolitariæ venditionis 317.
ſunt nacti, præter opifices *ſup.* in paragrapho de ſubjecto activo
*c. 1. n. 14.* enumeratos, recenſeo (1.) *Typographum aulicum* à quo

Bibliopegæ loci, aut ſi alii in Ducatu vivunt, certi generis libros emere compelluntur, aliunde autem emtos importare prohi-
318. bentur, idque vigore privilegii dat. 27. *Aug.* 1672. Quando itaque illos contraventionis arguebat, & violati privilegii ad Sereniſſimum *6. Mart. 1676.* detulerat, ad Senatum *d. 9. Mart.* reſcriptum, & poſt cauſæ cognitionem relatio injuncta: Sed, cùm ex actis de ea non conſtet, conjectura eſt, delatos paritionem promi-
319. ſiſſe; ſic ut cœtera non fuerint opus. Sed adverſus ſucceſſorem, eodem privilegiô munitum, paulò liberius agere, atque in libertatem ſe aſſerere niſi ſunt Bibliopegi noſtrates, nixi ſequentibus fundamentis: (1.) quòd exteris tolerabiliori pretiô materias vendendo effecerit, ut concurrentes illi cum noſtris in nundinis, vilitate pretii eosdem ſuperent, emtores abſtrahant, eosq; damnô affi-
320. ciant. (2.) Quòd reiteratas librorum editiones, & quaternionum numerô & formâ columnarum prolataverit, unde viciſſim emendo ampliori pretiô, damnum, & compingendo dedecus incurrant. (3.) Non impediendos ſe, qui ex ſola hac civitate vivere nō poſſint, ſed exteras nundinas frequentent, libros quoq; ibidem uſitatos in promptu habere, atque hos antè ab exteris Typographis coëmere.
321. (4.) Ab Ambulatoribus viliori pretiô libros extraneos haberi poſſe, adeoque meram Implorantis invidiam eſſe, qui prohibeat, cùm præcipuè & ipſe ab iisdem emerit: nam ſi vitioſè impreſſi ſint, perinde fore, utrum ab exteris directò, an mediante Implorante, qui
322. talia ipſis obrudere ſatagat exemplaria, decipiantur. (5.) Nec licere Imploranti libellos ſcholaſticos imprimere, cùm certus quispiam extraneus Bibliopola privilegiô univerſali ſit præmunitus: cur E. prohibeantur Bibliopegæ ab illo emere, qui & tolerabiliori pretiô, quàm Implorans, ejus propola vendere, & deprehenſos Bibliopegas aliunde emiſſe, vi privilegii ſui, libris omnibus mulctare queat? Præſtet igitur illis adverſus periculum hoc ſecu-
323. ritatem! (6.) Urgebatur Nominis impoſitio. Nolle Imploratos ad alios libros ab ipſo emendos, quàm quos impreſſerit ipſe, ſuumque impoſuerit nomen, alligari. (7.) Eſſe ex numero Typographiæ addictorum, qui obambulando, atque ephemerides compactos, ſeu Calendaria diſtrahendo, Bibliopegis quorum id
324. jus eſſet, nocerent. Ab his tutos ſe poſtulabant. Verùm, his non attentis

attentis, deciſum à Regimine aulico: Non debere Bibliopegas Typographum aulicum importatione extraneorum libellorum ſcholaſticorum turbare, ſed eosdem ab ipſo comparare. *d.15.Febr.* *1653.* Econtra (2.) *Pileones* Mercatoribus prohibuerunt vendi- 325.
tionem manufacturarum ſuarum; Unde *quæſitum*: *An* non Pileos extraneos in tabernis ſuis venales habere Negociatoribus liceat? Jubente eos Senatu allegatam hanc exceptionem docere: Daß das Hutmacher Handwerck allhier alleine Hüte zu führen befugt. Es könten und möchten denn Bekl. andrer und beßrer Geſtalt als geſchehen / wie Recht / gebührend darthun und erweiſen / daß ſo wol Aus- als Innländiſche Hüte / ſie ihrem Vorgeben nach / alhier ohne Unterſcheid und Widerfechten des Hutmacher Handwercks hiebevor geführt und verkaufft. Auf ſolchen Erfolg wären ſie demnach auch darmit billich zu hören. *7.Mart. 1657.* Sed, cùm Rei leutera- 326.
tionem interponerent, & ſummariô teſtimoniô docerent, ſe, ſuique conſortii anteceſſores, in *pileis exteris*, præcipuè *Pöſeneccenſibus* negociatos eſſe; ex Scabinatu Halenſi *d.12. Martii 1660.* allatô præjudiciô, in poſſeſſione ſua confirmati fuerunt. Verba ſententiæ ſonant: Numehr ſo viel zubefinden / daß Bekl. als Krahmer / bey der poſſeſs vel quaſi, ausländiſche Hüte in ihrem Krahm zu führen und zu verkauffen / ſo lang biß durch ordentl. Ausführung ein anders / wie zu Recht / gnugſam wieder ſie beybracht und erwieſen / zu laſſen und zu ſchützen ſind. Die Unkoſten aber werden gegen einander verglichen und aufgehoben. Quæ ſententia, cùm Pileo- 327.
nes Leuterationem interpoſuiſſent, ac potiſſimùm ſuper qualitate *Pileorum extraneorum* diſputatum fuiſſet, in Scabinatu hujus loci *d. 10. Jul. 1662.* confirmata, Cum hac declaratione, quòd Pilei extranei habendi ſint illi, qui extra Principatum noſtrum confecti ſint, verbb. ſent. Daß es eingewandter Leuterung ungeachtet / bey dem / am 12. Mart. 1660. publicirtem Urthel billich verbleibet. Jedoch mit dieſer Erklärung / daß durch die ausländiſche Hüte die jenige zu verſtehen / welche in dieſem Fürſtenthum nicht gemacht werden: Quam ſententiam Pileones, incertum quô caſu cujusve cul- 328.
pâ, paſſi fuerant in *rem judicatam* tranſire. Quare, licèt poſtmodùm per viam ſupplicationis tentarent, utrum partem adverſam ad tranſigendum ſub hiſce pactis valeant deducere, ut pileos tan-

tùm Gallicanos, aut certè Germanos, quorum tamen pretium ſeſqui talerus imperialis eſſet, in ſuis tabernis & fornicibus haberent: ſecundas iis agente Senatu, in ſua relatione *d. 19. Aug. 1662.* quòd,
329. quamprimùm Comptor pileorum **Hutſtaffirer**/ iterum huc comigraret, Negociatores alioquin eidẽ cedere neceſſum habituri ſint. Nihil tamen efficere potuerunt, ſed potius Reſcriptô Ducali *d. 2. Sept. 1661.* adquieſcere juſſi ſunt: cujus verba huc ſpectantia ſonant: **Gedachte Hutmacher auch das letztere/ ſo gleichfalls wieder ſie gefallen/ in verbündliche Krafft Rechtens ergehen laſſen/ Als hat es darbey nochmahls ſein Bewenden. Und begehren demnach hiermit gnädigſt/ Ihr wollet ſie ſolcher Geſtalt endlich beſcheiden/ daß in Entſtehung der Güte/ ſo Ihr anderweit mit allem Fleiße zu verſuchen/ dieſelbe numehro dabey** acquieſciren **müſſen.**

330. §. 32. Porro (3.) *Victores* arrogarunt olim ſibi jus prohibendi exteros; diebus etiam nundinarum hebdomatalium privilegiatis, **auf den gefreyten Dienſtags Wochenmarckt**/ vaſa victoria lignea huc aſportare: propter quod ad Electorem Sax. tunc Tutorem, humilimè ſupplicarunt, adeoque Senatus oppidanus *d. 13. Mart.*
331. *A. 1613.* referre juſſus eſt. Fuit autem ſtatus controverſiæ non ſimpliciter de illatione, ſed de modo: *Invehere*, an *Importare* liceat? Poſterius hoc Extraneis, prius autem Noſtratibus urgentibus. Rationes illorum cùm in libertate nundinarum fundabantur, tum tendebant ad celeritatem venditionis & frequentiam adventationis. Pauperes Magiſtri provinciales tantam copiam, quâ currum implerent, ægrè poſſunt comparare, ac, ſi quæ venditæ non eſſent, domum reducere deberent, præter duplicatos itineris ſumtûs, aliud incurrerent damnum, quod merces ſuæ ex
332. reiterata transvectione capiunt. Fundamentum Collegii loci fuit ex ſtatutis ſuis deſumptum, ubi *Advectionis* tantùm fiat mentio, & quoniam ſtatuta & privilegia opificum ſtrictè accipienda ſunt, voluit illud oppoſitivè ad Importationem exaudire, tanquam ea hôc ipſo ſit excluſa & prohibita: quæ egenis exteris foret facilior, quia expeditius ſarcina quàm vehes mercium componi-
333. tur & celerius pecunia conficitur. Provocarunt inſuper ad obſervantiam, tanquam interpretationem uſualem, & quòd contrarium auſi, fuerint mulctati: unde motus Elector, Senatui *d. 26. Jul. 1614.*

re-

reſcriptô injunxit, inveſtigare & referre: verùm, juſſi Vietores ex libris & protocollis ſuis demonſtrare: An: Quis: Quem: Quare: Quando: Quoties mulctaverint? Nihil inveniri profeſſi ſunt. Non immeritò igitur in relatione ab ipſis fuit diſceſſum. *Rationes* mo- 334.
ventes in contrarium ſunt (1.) Libertas nundinarum, ad quas cuivis liber patet aditus, donec nominetenus inveniatur excluſus. Quòd autem (2.) *Advectionis* verbum excluſivè non potuerit eſſe poſitum, ex eo fit veroſimile, quia in ſe abſolutum & generale eſt, & ad nundinas privilegiatas frequentius vehitur quàm portatur: Tum etiam, quia tempore privilegii nulla diſceptatio euntium aut 335.
vehentium fuit, conſequ. LLator de excluſione cogitaſſe haud potuit; quia ignoti ſicut nulla cupido, Ita nec averſatio: magis igitur indefinitè accepit, & à potiori denominationem ſumſit: Unde (3.) ad minus inferimus: E. adportantes longè minus voluit ex- 336.
cludendos; tanquam paucioribus mercibus minus Collegio nocituros, & ſi de his monitus fuiſſet, forſan nominetenus expreſſiſſet. Accedit (4.) ſi donec exteri vehem integram compoſuerint & advexerint, Incolæ expectare teneantur, intereà libidini Collegii expoſiti manerent. Tandem hæc cauſa per Receſſum Regiminis *12.* 337.
*April. 1617.* deciſa, & certum pretium ſeu taxa vaſorum conſtituta: qua de ſub *rubr. de Manupretio.* Equidem nuper iterum de Invectione vaſorum per Exteros tollenda, Collegium cogitavit, & novo ſtatutorum concepto 1680. inſeruit, ſed ad excitationem Sereniſſimi, relatione ſuâ Senatus interceſſit; per eaſdem rationes. Sic (4.) Figuli noſtrates Extraneos, qui noſtrâ adhuc memoriâ ſin- 338.
gulis diebus martis ad nundinas hebdomatarias privilegiatas huc confluere, atque ſtationem ſuam ante portam templi majorem habere ſolebant, ſenſim expulerunt. Ac quoniam ex monopolio cœperunt eſſe petulantiores, ad querelam Academiæ, de Extraneis revocandis cogitatum, ſed res temperamentum invenit. Idem 339.
fermè (5.) præſtiterunt *Pannifices*, Niſi quòd ex certis civitatibus certô numerô & ordine quosdam admittant iisdem diebus martis, de quo alibi.

§. 33. Et ut (6) ad *Lanios* noſtros revertamur, trahunt illi 340.
fermè perpetuam contentionis ſerram cum Lobedanis, adverſus quos aliud Jus Prohibendi prætendunt, ratione carnium ad nun-

dinas

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id370197097/77 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

dinas hebdomatarias importandarum, ne videl. *bubulam* alio
341. quàm Saturni die inferant, die autem Martis abſtineant. Cujus *ratio* eſt vicinitas diei ſolis, quô copia carnis major conſumitur, dum præter vulgus urbanum, plebs etiam pagana in carnes irruit, Sabbathum ut tantò lautius eſu aſſæ celebrare poſſit; diebus cœteris ſecus: ceſſante igitur ratione, ceſſat & diſpoſitio. *Non ob-*
342. *ſtante* privilegiô diei Martis, quia eô fruuntur die Saturni. Ut autem duo privilegia circa eandem rem in eadem perſona concurrant, & Exteri binâ vice in eadem ſeptimana veniant, die quidem Saturni, propter allegatam cauſam, die verò Martis, ob notum iſtud privilegium, ratio juris non patitur §. 6. *J. de Legat.* ſed ob illam ipſam rationem diei Saturni, facta eſt *translatio* de die Mar-
343. tis: nulla autem *duplicatio*! Enimverò, diverſum adſeverare, tum jurisjurandi religione, tum ex regiſtris librationis & acciſæ, Wage-Regiſter/ docere, ſcripturâ quadam Senatui Jenenſi oblatâ *d. 12. Nov. 1664.* conati fuêre Lobedani Laniones, quòd *Bubulam*, etiam diebus Martis anteà liberè intulerint: Rogare igitur, ut ſecundùm mores receptos & jus quæſitum tractentur, ac rurſus ad
344. eorundem exercitium admittantur. Jenenſes contrà juratâ teſtium depoſitione adſtruere, Lobedanis id olim haud licuiſſe *d. 11. Julii 1665.* Quare Senatus *d. 20. ejusd.* decrevit, etiam poſthac ut abſtineant, ſub amiſſione carnis. verba decreti: Auf die am *14. Decembris 1664.* Von denen Fleiſchhauern zu Lobeda/ um daß ſie die Dienſtage einig Rind nicht herein bringen und verkauffen ſolten/ angebrachte Klage/ und darauf von denen Meiſtern des Fleiſchhauer Handwercks alhier gethanes excipiren/ wie auch von jenen ferners Einbringen/ und von dieſen pro coloranda poſſeſſione geführtes juratoriſches Zeugniß/ und hinc inde beybrachte Nohtdurfft, ſo viel erſcheinet und erhärtet/ daß es bey unſerm am 25.
345. Septemb. 1660. zwiſchen beeden Theilen ertheilten und Rechtskräfftig gewordnen Beſcheide nicht unbillich nochmahl zulaſſen. Dahero die Lobedaiſchen Fleiſchhauer ſich des Hereinſchlachtens halber wöchentlich zu reguliren und zu achten/ und die Dienſtage über/ dem Herkommen gemäß/ kein Rind herein uf feylen Marckt zubringen und zuverkauffen/ ſchuldig und verbunden. Maſſen ihnen den Lobdauern auch bey Verluſt deſſelben Krafft

die-

dieſes/ ſolches ſich zu enthalten nochmahl verbohten wird. Adverſus quod tamen Leuteratio interpoſita. 346.

Cujus fundamenta hæc circiter fuerunt. (1.) quod unô die ante ſententiam citati, adeoque præcipitati fuerint. (2.) Non potuerint conſtituere Syndicum, deliberare, conſulere & informare Advocatum. (3.) Teſtium examen ſe ignorare. (4.) Decretum *d.25. Septemb. 1660.* ad eorum notitiam haud perveniſſe. (5.) Vero non eſſe ſimile, quòd Senatus tam citò ſe mutaverit, vel dememinerit, aut planè contravenire voluerit Relationi abs ſe, Academia & Præfectura ad Sereniſſimum factæ, *d. 8. Sept. 1657.* quâ petierint, Non concedi Collegio Jenenſi, ſtatuere, ut ſolùm per menſes bubula recens mactetur, aut Lobedani cum ſua bubula excludantur. (6.) Fore id adverſus Receſſum Commiſſionis *de A.1586.* & (7.) contra Conſtitutionem Senatûs *1595* & relationem ad Sereniſſimum, quâ manutentionem ejus, darûber zu halten petierint. Jam verò his adverſum non poſſe decretum dari, ob vitium nullitatis vitandum. (8.) Non poſſe Senatum hodie ſibi arrogare deciſionem in cauſa, quam 1657. deciſioni Sereniſſimi ſubmiſerit: Obſtare igitur litis pendentiam. (9.) Oſtendere regiſtra libræ & Acciſæ, quod Lobedani ante & poſt annum 1660. in poſſeſſione vel quaſi fuerint & manſerint. (10.) In Academiam, Pauperes &c. innumera redundatura incommoda, ſi Lobedani cum ſua bubula excludantur. (11.) In ordinatione 1591. cuivis membro permiſſum eſſe hebdomatatim bubulam ſesqui alteram, anderthalb Rind. (12.) Secus ſi fiat, Lanios Jenenſes taxam ægrè admiſſuros, neque probæ carni operam daturos. (13.) In dicto receſſu Commiſſionis *N.1. & 5.* Laniis Lobedanis diverſi generis carnes abſque diſcrimine ad forum portare permiſſum, Imò, Ne omnes unius ejusdemque generis carnes afferant, atque anteà deſuper conveniant, juſſos eſſe. (14.) Non eſſe igitur eos ex poſſeſſione vel quaſi Libertatis contra jura naturalia ponendos. Scriptum hoc Deductioni quàm Leuterationi ſimilius, multa in ſe continet, ſed plura per adverſarios moneri potuiſſent: quanquam ex actis haud conſtet, utrum Leuterantes fuerint perſecuti: Deſeruiſſe, vero eſt ſimilius: quia *d.10. Octob. 1665.* cùm Lanii Jenenſes de exceſſu pecorum minutorum eos accuſarent, fuit dictum decre-

(margin: 347. beside "ſe. (5.)…"; 348. beside "nis de A.1586."; 349. beside "nißimi ſubmiſerit"; 350. beside "ram, anderthalb"; 351. beside "ſeſſione vel quaſi")

tum renovatum, poſteaque aliquoties 25. *Febr.* 1666. *d.* 16. *Jan.* 1669.
352. *d.* 9. *Nov.* 1674. repetitum. Terminô denique coram Illuſtri Regimine Ducali ad *d* 4. *Feb.* 1675. præfixô, Senatus unà cum partibus adeſſe juſſus, Sein unmaßgebliches Bedencken zu billichmäßiger/ und zu gemeiner Stadt Beſtem practicirlicher Vermittelung darbey zu eröffnen. Sed neque de hujus Termini celebratione ex actis conſtat. Iſtud potius, quòd ad Lobedanorum *d.* 29. *Februar.* reiteratam ſupplicationem, *d.* 2. *Mart.* reſcriptum fuerit: de iis non gravandis, relatione autem ad Sereniſſi-
353. mum intereà mittenda. Ubi in conſiderationem tractum: Num non libera ſupplicantibus Mactatio indulgenda? per rationem, quòd utique carnes ſuas unô (per ſingulas libras ſeu pondo) nummô vilius vendere compellantur. At enim, dum hoc ad libertatem obtinendam proficeret, vel denos ex Noſtratibus affuturos, qui numô illo eam promptiſſimè redimerent, ſed eâ ratione viciſſim vel ſexaginta alios perituros. Non opus autem eſſe, ut Noſtrates nummum cum ſuo damno Lobedanis illum reſarciant, quem domi jam invenerint, dum & in ſua civitate mactent, pro-
354. lubitu & quantô poſſint pretiô divendant. Equidem verum hoc eſſe, quòd carnes ipſarum heic loci vilius quàm Noſtratium taxentur, ſi proportio ſpectetur arithmetica; id verò fieri propterea, quòd & leviora pecora, leucht Viehe/ zu 10. ad 12. fl. ex ſuamet confeſſione *d.* 13. *Novemb.* 1674. *N.* 1. quàm Noſtrates, pro 20. fl. circiter mactent: quòd ſi igitur carnes adferant Noſtratium æquales, taxa fiat uſque ad unicum illum nummum æqualis.
355. Atque ita relatum *d.* 20. *Mart.* 1675. Sub finem hujus paragraphi lubet aliquam declarationem toti doctrinæ *de prohibitione negociationis* annectere; Si nempe Extraneus quis ad collegium non pertinens, negociatus fuerit in eorum manufacturis, *prius* quàm cœteri jus collegii impetraſſet; quia tunc in poſſeſſione relinquendus, nec privilegia in necem Tertii & juris ejus quæſiti interpretanda. Ita reſcriptum *d.* 20. *Decembr.* 1639. in cauſa Joh. Wolff. Jun. contra Smegmatarios ſeu Saponarios, in puncto *candelarum vendendarum*, quod deinde *d.* 24. *Jan.* 1640. repetitum, additâ declaratione, daß ſich andere darauf nicht zu beruffen.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id370197097/80 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

# DISPUTATIO III.

## Reſp. SEBASTIANO Meyer / Güſtrov.

## CAP. IX.

## De Prohibendo Jure Coloniarum.

§. 34. Jura hactenus enumerata, exercentur quidem vi & au- 356.
ſpiciis Collegiorum, quoniam ut ex *ſuper.* dictis conſtat, Jus prohibendi non niſi collegiatis competit; in effectu tamen ſunt jura ſingulorum, ſeu, ubi obtinuerint, nihil ad collegium, ſed utilitas omnis redundat in ſingulos; Nam illi ſunt qui docent pueros, recipiunt boëthos, producunt atque vendunt artis ſuæ ſpecies; & 357.
non integra univerſitas. Aliquando autem oportet quidem ſingulos ad alicujus juris exercitium concurrere, quia Collegium ipſum, ſeu univerſitas ut talis, eſt quidem perſona, ſed myſtica, in ſe nihil valet, niſi ſinguli qui ſunt de collegio, agant; jus tamen ipſum, collegii totius eſt, & effectus inde non niſi in univerſos ſimul ſumptos, quatenus collegium conſtituunt, redundat. v. g. 358.
Decernere alicui Magiſterium, Nemo poteſt, niſi collegiati; & in collegio nemo niſi perſonæ collegium conſtituentes, non ipſum collegium; non tamen unus, non duo, ſed omnes, non ut ſinguli, ſed ut univerſi & quatenus faciunt collgium; Fit autem aliquando abſolutè, per ſimplicem aſſumptionem ſeu receptionem, ut numerum faciat & juxta eos ſit: Aliquando relativè per aſſignationem *ſtatûs*, (daß ſie ihn vor einen Land-Meiſter annehmen.) 359.
Aut *loci*, ubi magiſterium ſuum debeat exercere: Quod contingit, ſi collegium ipſum non ſit certo loco incluſum, ſed per integrum tractum diffuſum, da es die Meiſter etlicher benachbarten Städte mit ihnem halten: nam refert tunc, utrum novum hoſpitem abſolutè receperint, an *cum appoſito loci*, v. g. Tinctores annô ſuperiori Magiſtrum aliquem creârunt tanquam Buttſta- 360.
dienſem, hetten ihn zum Meiſter auf Buttſtadt geſprochen. Ex priori fluit Jus prohibendi adverſus omnes, qui vel ſe ipſos jactant & faciunt magiſtros, quales tamen nunquàm fuerunt; vel, cùm alibi jura magiſterii conſecuti uſurpaverint, ſede mutatâ tamen aliô ſe conferunt, ubi jus collegii diverſum eſt, da ſie es mit ienen nicht halten. Tenentur igitur illud jus & hîc impetrare, nec

361. prodeſt ſuperius, tanquàm merum *locale*. Diſtinguendus aūm. *ſtatus* à *juribus* magiſterialibus: *Status perſonalis eſt*, & cum perſona interit, quamdiu tamen vixerit, durat, quocunque locorum commigret: aſt, ſi jura magiſterialia ibidem velit exercere, confeſtim intercedent, & impetrationem collegii imponent, Non tanquàm denuò magiſtrum creaturi, ſed ut redimat licentiam jura
362. ſua & hîc exercendi. *Jura Magiſterialia realia* ſunt, & ad viduam heredesque ſuô modô tranſeunt, ſed tamen localia, nec patiuntur transferri, können nicht mit über Feld genommen werden/ quare, ſi v.g. Sutor Lobedanus mutatô locô huc commigret, dum recipiatur modò, petere atque impetrare jus collegii debebit: Exemplô Joh. Martini, de quo alibi. Quin & ſi Sartor paganus velit oppidanus fieri, & ſic ſolam *mutare qualitatem*, uti Joh. Nic. El-
363. linger, eandem ſentiet prohibitionem. Sed priorem conſiderationem prolixius perſequi ſupervacuum videtur, cùm bonam ejus partem in tractatu de Jure ac ſtatu Magiſtrorum, quorſum nos referimus, jam habuerimus. Sed inſiſtemus nunc poſteriori, quô certi collegii ſodales, jus Magiſterii extra locum exercendum concedunt, cum aſſignatione loci, atque adeò Jus COLONIARUM emittendarum exercent, multoties non absque contradictione:
364. quæ res paulò altius repetenda. Videtur autem ex *diverſitate artium* ipſarum ſeu opificiorum deſcendere: *Quarundam* enim uſus, uti neceſſarius, perpetuus ac quotidianus, ita quoq; frequens & univerſalis eſt, ſic, ut unus aut pauci artifices ſpeciebus ad neceſſitatem producendis haud ſufficiant, adeoq; *ubique* tales reperiuntur, v. g. Sartores, Linteneos, Veteramentarii, Vietores, etiam in pagis extant, ac ſolùm honeſti ſtatûs gratiâ collegia civitatum am-
365. biunt. *Alias non ubique* inveneris; *vel* (1.) *quòd* careant amanuenſibus: ut Pannarii, Linteones & Textores omnis generis, pauci admodùm in hac urbe conſident, wegen Mangel des Geſpinſts/ quòd non inveniant qui fila ducant; Mirum ei, qui nec lanam nec linum, nec fœmininum deficere ſexum videbit: Sed aliis rebus intentum. Filorum laneorum ingens copia tibialibus texendis,
366. quibus paſſim & mares incumbunt, conſumitur. *Vel* (2.) *quòd* deſtituantur materialibus, aut ſumptu majori comparare illas neceſſum habeant, ut Fabri tam Lignarii quàm ferrarii, locis à ſylva remo-

remotis; quorum vel in oppidulo Rhodano nullus eſt defectus. Nam & ubi carnis multum conſumitur, ob cornuum copiam, Pectinarius commodiorem nanciſcitur ſedem quàm al bi: & ita de cœteris. Vel (3.) quòd non adſint emtores magnæ copiæ, Abnehmer: nam venditio minuta, quâ in nundinis hebdomatalibus quotidiano uſui neceſſaria individua emuntur, non omnem alit Artificem; unde amant loca, ubi Magnarii centena vel millena ſimul auferunt, ins Groß handeln: uti Noribergæ Fabri circinorum & ſim. Ex his omnibus iſtud evenit, quòd plura loca plurium opificum inveniantur vacua, da man des Handwercks nicht findet. *Fingas* igitur, Ambiri ab aliquo Boëtho jus Magiſterii & Collegii tali locô, ubi ſufficiens ſodalium numerus videtur, offerri autem pro receptione pecuniam haut contemnendam, ita ut pro hac quidem recipiendus; Sed illius intuitu in loco non tolerandus æſtimetur: Ipſos autem creare eum Magiſtrum provincialem, certæ cujusdam civitatis, ubi nondum ſui opificii Magiſter exiſtit? *Duo* ſanè *venient in Quæſtionem:* (1.) Utrum alicui Collegio competat facultas Coloniam ſeu Examina Magiſtrorum juniorum aliò emittendi, einen zum Landmeiſter auf einen gewiſſen Ort zuſprechen? (2.) Num cuipiam competere poſſit jus huic actui contradicendi? In univerſum: de Jure Coloniarum, exercendo vel prohibendo. 367. 368. 369.

§. 35. Quantum ad primum attinet, *obſtare* videbatur, 370. quòd collegia dependeant ex confirmatione ſui Principis, qui ea quoad ſuum territorium fundavit, exteris neque imperare, prohibere, jubere aut aut pœnam infligere valet. Nam ultra territorium Jus dicenti impune non paretur: & Limitata cauſa limitatum producit effectum: Nec alienum jus invadere licet. *Ex adverſo* tamen indubitatum eſt, quòd Declaratio alicujus in Magiſtrum, ſeu collatio juris Magiſterialis, ſit ex numero permiſſorum; Inde ex quò ipſa collegia licita eſſe ceperunt: ſitque in arbitrio collegiorum, utrum forenſes admittere velint; ſive præcedat ille ſtatus, ſive ſubſequatur, h. e. num forenſis petat recipi, An receptum foràs emittant; dum modò utroque caſu tanquam ſuum velint agnoſcere. *Non movet* igitur localis illa confirmatio Superioris: 1. Quoniam ſicut Teſtamentum juxta ſtatuta loci ſemel 371. 372.

rite conditum, valet etiam extra territorium, Geil. 2. *Obſ. 123.* & qui in uno Regno à ſuo Principe Nobilis creatus, ubique talis æſtimatur: Ita quoque Collegium licitum, tàm intra quàm extra territorium valet, ejusque creaturæ tolerantur, quousque mores opi-
373. ficiarii valent, ſo weit Handwercks Gewohnheit gilt. Quinimò, 2. Coloniarum emiſſio non pertinet ad Jurisdictionem, Aut, ſanè Jurisdictionis voluntariæ eſt: Et ſi colonia dependentiam agnoſcit à Matre, illique ſe conformat & ſubjicit, ex ſua voluntate eſt, Nec ulli præjudicat, vel exinde quid decedit; quippe cui nec antè in eam jus competiit, Nam nec olim extitit; E. Non entis nulla præ-
374. dicata. Denique 3. nec Coloniæ pro Exteris habendæ, ut quæ à nobis exierunt, & prius quàm dimitterentur, certis legibus adſtrictæ fuerunt: Et Volenti non fit injuria; Aut ſi recuſant parere, Nihil hoc ad Tertium, obſtat illi Exceptio deficientis intereſſe: Tu non es nominatus in inſtrumento: Tuâ quod nihil refert, percontari deſinas! Exceptio tua eſt de Jure Tertii. Sed hæc omnia exaudienda ſunt regulariter; & ſi nemini facultas Prohibendi competat.

375. §. 36. Quod itaque *alteram Quæſt.* attinet: Utrum aliquis intercedere poſſit? ſequentes militare videntur rationes: (1.) Præoccupatio & *præventio:* ſi quis alius in ipſo loco, vel vicinia, quorſum novus emittitur Magiſter, jam conſederit: aut certè jus civitatenſe quæſierit. Nam ex ſuprà dictis conſtat, Non decere, Alterum alteri ſupervenire daß kein Meiſter den andern überziehen ſolle: quod, licèt de Nundinis dictum, fortius tamen operatur in perpetua manſione & cohabitatione; gutta cavat lapidem, Non vi, ſed ſæpe
376. cadendo. (2.) Expreſſa *confirmatio & probatio:* ſi quis aliquò comigraverit, ibidem fundamenta opificii jecerit, à ſodalibus receptus, articulus de arte ſua cœteris ſtatutis inſertus, & ita collegiatus factus fuerit, iſt Zünfftig worden/ ſicut 1664. ea omnia quæ hîc dicuntur, contigiſſe certum eſt. Is utique vi collegii jus prohiben-
377. di nactus. Nihil enim refert, Integrum Rotulum, an unicum articulum de ſua arte loqui, cum plurium artium homines coadunati ſunt in collegiis heterogeneis, de quibus *ſup.* de Collegiis. Et ſi ipſum proregulari habent, qui ipſi cohabitant, cœtera nihil ad extraneos attinent. Id enim ſatis habetur, ſi mera opificia liberalia

beralia ſauter geſchenckte Handwerge / coadunata ſint. (3.) Com- 378.
munis *obſervantia*, dum non patiuntur quemquam ad invidiam, æmulationem & decrementum illorum in vicinia conſidere; Sin audeat, irregularem reputant, non Tyrones docere, non Boëthos habere permittunt. Sicuti Dreſdenſes, non admiſſuros ſe talem profeſſi fuerunt *10. Maj. 1676.* juxta ſuperius dicta *n.* (4.) Sponta- 379.
nea adverſariorū pollicitatio, & cum prohibente quaſi *conventio*, de Non creando aliquem, ante lapſum ſexennium, in Magiſtrum: & ſi autoritate privatâ alicubi ſedem figat, pro regulari nō agnoſcendo. Wenn ein Frembder geſinnet Meiſter zu werden/der ſoll vor allen Dingen unfehlbar ſeine ſechs Geſellen-Jahr ehrlich halten. In währender Zeit/drey Jahr an einander gewandert/zwey Jahr bey einem Meiſter deß Orts arbeiten/ ein halb Jahr muhten/ und denn ein gebührlich Meiſterſtück verfertigen. Und ob einer das 380.
Handwerck gelernet/ und nicht genugſam Zeugniß ſeines Herkommens und erlerneten Handwercks/ wie auch ſeines Geſellen Standes vor Obrigkeit und Zünfften aufzulegen hette/ Ob ſchon kein Meiſter deß Handwercks an ſolchem Orte were/ da ſich ein ſolcher wolte niederlaſſen/ denſelben wollen und können ehrliche Meiſter und Geſellen nicht vor gültig halten. Dieſen erwehnten Artickel haben wir Meiſter in Erffurt / Meiſter Mich. Heinr. Roſten deßwegen mit ertheilet/ damit ihme nichts aufgedrungen werden möchte/ welches dieſen unſers Handwercks-Gewohnheiten zu wider. Damit nicht die Obrigkeit und Handwerck in Mühe geſetzet. Deſſen zu wahrer Uhrkund / haben wir Meiſter in Erffurt unſer gewöhnlich Handwercks-Siegel unterdrückt. Den *9. Novembr. 1669.* His (5.) accedit Mos univerſaliter inter opifices receptus, 381.
de non confeſtim ſub initium conſecuti Magiſterii *recipiendis* docendisque *Tyronibus*, ſed tranſigendo ad minimum uno anno: Cui tamen in caſu controverſo contravenerat Collegium, & creato ante impletum ſexennium Magiſtro, mox & tyronem acconventaverat. Duplici ſanè delictô. Denique (6.) Pondus his omni- 372.
bus addere videbatur Decretum Magiſtratûs ſeu Reſolutio, quando novum civem, qui ejusdem erat opificii, ſed actualiter ibidem habitare volebat, non abſolutè admiſerat, ſed ſub ea lege, ut cum collegio vicino, nominatim autem illo ſodali, qui & ipſe jus civi-

tatis

383. tatis ibidem antè impetraverat, deſuper conveniat. Ex quo non leve præjudicium ipſi agnaſcebatur. Verba Reſolutionis ſonabant: Auf Meiſter Mich. Heinr. Roſten, Bürgern und Kammmachern zu Jehna heut dato eingereichtes Schreiben/ wird demſelben dieſe Nachricht ertheilet: Daß Matthæus Kolben/ bey Erlangung ſeines Bürger-Rechts unterſagt worden/ Er ſolle ſich bey dem Handwerck zu Jehna/ abſonderlich bey Meiſter M. H. R. welcher zugleich das Bürger-Recht allhier erlanget/ anmelden. Welches er auch verſprochen zu thun/ und dieſe Reden dabey geführet: Er wolte mit dem Handwerck ſchon durchkommen. Derhalben wir dieſe Recognition ertheilet. Signat. Altenb. ꝛc. den 14. April. 1675. B. und R. daſ.

384. § 37. Hæc omnia non ſolùm ſpeciem externam, ad primum intuitum, habere potuerunt, verùm nec absque pondere, ſed Collegium iſtud exinde diffamatum fuiſſe, ejusque Sodales aliquamdiu Boëthis caruiſſe oportet; Quoniam excitatum his emergentibus fuit, ad implorandum Magiſtratûs ſui auxilium *15. Octob. 1675.* rogandumque, ut pro ſe apud Senatum ſeu Magiſtra-
385. tum diffamantis intercederet: Quanquam ab initio nihil ultra *quæſitum* fuerit, quàm *Utrum* ille diffamationé confiteatur? & cùm eunte illo in inficias, aliquot teſtium depoſitionibus doceretur *d. 29. Jan. 1676.* atque inſimul quædam diffamanti imputarentur, tanquam adverſus mores opificiarios impegerit ipſe, contrariâ Reſponſione conabatur ea diluere. Sed cùm intereà tempus laberetur, provocavit eum Collegium *3. Mart. 1676.* ad ſiſtendum
386. coram arca & reſpondendum. Quare, quæ hactenus ridere viſa fuit Diffamanti tempeſtas, ſerenare deſiit, mox nubila, fulgura & tonitrua! paſſim diffamantibus ipſum Collegiis, Erfurtenſi & Noribergenſi. Jam fruſtrà ſunt, quæ aliàs iis diſpellendis admoventur remedia, Interceſſiones Senatûs de ipſo extra diffamationem
387. ponendo, wieder aus der Kundſchafft zu ſetzen. Urgetur perſonalis ſtitio; citatur in ſubſidium: & ne qua calamitas ſola ſit, à paraſtata, pejora ſuboleſcente deſtituitur: in eoque labyrintho aliquot anni tranſiguntur, quô tempore nemo hac tranſeuntium Boëthorum ad ipſum ſeu operandi ſeu etiam ſalutandi causâ divertitur, & quem erudiendum ſub auſpiciis collegii opificum,

ne-

negocîantium acceperat, ab ipſo diſceſſit puer. Quin multum 388.
negocii cauſa hæc etiam Magiſtratui dederit, non dubitandum.
Cùm igitur mihi officii ratione acta committebantur, nodum in-
veſtigandi, & ſi non totam litem cum exteris collegiis componen-
di, ad minimum animos eorum conciliandi ergò, qui in eadem ci-
vitate commorati, quotidianas fovebant æmulationes: Comma-
giſtrum, ipſius intelligo, qui extraneo ſe adjunxerat Collegio, ſuas-
que ipſorum copulabat adverſus eum diffamationes. Iſthoc in 389.
univerſum deprehendi, Intentionem hominis ab initio non fuiſſe
malam, videlicet Peculiare in hiſce provinciis ſtabiliendi pro arte
ſua Collegium; cujus cauſam impulſivam habuit paternam pro fi-
liis quos & habebat & artem docuerat & adhuc docere intendebat,
curam. Ac, dum in remediis ad ſcopum obtinendum rite adhi-
bendis haud impegiſſet, omninò adjuvandum fuiſſe.

§. 38. Nec enim morari potuiſſet (1.) quòd ipſemet artem 390.
alibi didicerat, jus Magiſterii ab illo Collegio impetraverat, & ali-
quamdiu ſodalis fuerat: quia hæc omnia non ſtringunt ad eum in
collegio retinendum, aut impediendam migrationem, quam Ger-
manorum libertatem nec Senatus nec Princeps ſubditis aufert.
(2.) Quòd Ipſemet creatura ſit alterius collegii, ab illo huc di- 391.
miſſus cum quadam dependentia, & jure coloniæ: non deceat er-
gò ſe eximere, in libertatem vindicare, illud de ſua poſſeſſione tur-
bare; quin potius illi tanquam mediato, Norico autem tanquam
principali, der Haupt-Lade / debuiſſet adhærere: Quare compe-
tant his vindiciæ ſecundùm ſervitutem. Nam Reſp. (1.) Jus illud 392.
coloniæ in facto conſiſtere; duplici modô: uno quidem, quia jus
magiſterii non fuerit ipſi cum appoſito loci extranei, ejusque de-
nominatione decretum, ſey zu keinem Land-Meiſter nach Jehna
geſprochen / ſed abſolutè, quo tempore nec ipſe nec Collegium de
alio cogitaverint loco quàm ubi utrique erant, Erfurto. Altero 393.
verò, quia nondum jus colonias verſum provincias Saxonicas
emittendi conſecuti fuerint, cùm ipſe primus iſthuc commigrave-
rit, ſuâ ſponte, & cum bona quidem illorum pace, non tamen
cum obligatione quadam, aut ulla impreſſa qualitate, aut reſpectu
coloniæ: aut ſi hoc aſſeratur, Negare ſe! Conſiſtat igitur utique in
facto, atque ab affirmantibus foret probandum. (2.) Poſitô, 394.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id370197097/87 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ſed in præjudicium veritatis minimè conceſsô, exercuiſſe Erfurtinos unquam actum aliquem poſſeſſorium, emittendi coloniam & obligandi emiſſos ad quandam dependentiam: Pertinebit tamen hoc ſolùm ad privatos invicem, ſuâ igitur autoritate tunc non potuiſſet ſe eximere colonus, longè minus principali ſuo terminos ponere, aliaque loca adhuc libera detrahere, ſed ad ſummum
395. ſuâ ſolius libertate contentus eſſe. Res enim, ut mihi quidem videtur, eodem recidit, atque idem ſtatus eſt inter opifices horumque Collegia, de ampliandis terminis pugnantia, qui eſt inter duas vicinas Eccleſias eorumq; Epiſcopos, Plebem quærentes & ſu-
396. per Finibus diſputantes, *arg. c. 1. x. de Pact.* Utrinque litigatur ſuper diſtrictibus vacuis, uter alterum ibi antevenerit, præoccupaverit, Clericos, Magiſtrosve, tanquam poſſidendi inſtrumenta iſthuc collocaverit, & ſic locum, perſonasve ſibi lucratus, ſuæ Eccleſ. ſuo Collegio addixerit. Et ſicut una Eccleſia ſe alteri, vel Patronus Eccleſiam ſuam alii ſubmittit aut incorporari facit; Ita cum Magiſtris per ſingulas civitates, ubi Collegia nondum ſunt, diſperſis, ſe res habet, quod modò huic modò illi collegio ſe adjungant, haltens mit den v. g. Leipzigern/Erffurtern ꝛc. pro commo-
397. ditate ſua. Sed ea omnia ut diximus, ad Privatos invicem, & quàmdiu connivet alterius territorii Dominus: qui, ſicubi cives ſuos ad ſufficientem Collegio numerum auctos, jure peculiaris collegii gratioſè donare velit, ſanè nec per alterius territorii Princi-
398. pem, ne dum civitatem, ſeu Imperialis ea ſit ſeu municipalis, in eo ſe patietur impediri, aut ſubditos ad alienum forum trahi. Hæc ſanè prima ſubditis via eſt atque janua ad contumaciam adverſus Dominum atque Magiſtratum ordinarium, quando cauſantur, Negotium opificiarium eſſe, ſpectare ſe ad tale vel tale collegium, (quod nominare ſolent aut ſatis remotum, aut alii Domino vel nulli etiam ſubjectum) velle cum ipſo communicare: aut jam tum conſuluiſſe, ſed diſſuadere illud! cui non valeant contravenire!
399. & ſim. (3.) Quòd dependentiam hanc agnoverit etiam poſt diſceſſum, Tyronem doctrinæ ſuæ commiſſum, coram eodem collegio aceonventaverit: quia Reſp. nondum ipſe habebat collegium, coram quo facere id potuiſſet; tamdiu ergò adhæſit priori donec jungeretur poſteriori, aut ſtabiliret ipſe peculiare; Sicut

etiam

etiam aſſumtis filiis præſtare potuiſſet. Quod ergò priſtinum frequentavit collegium, aliud nihil inducit, quàm animum usque eò permanendi: Sed quantum ad futurum tempus, nulla ſubſiſtendi obligatio inde naſcitur. Quamprimùm enim articulus de arte 400.
ſua diſponens, ſtatutis opificum negotiantium der Krahmer Handwerge 1664. noviter confirmatis inſertus, & h. m. ipſe collegiatus factus erat, zünfftig worden/ jura quoque collegialia ſub ejus auſpiciis exercuit, alterum puerum coram hoc collegio acconventavit uffdingen laſſen/ & adverſus colonias peregrinas proteſtatus eſt; unde omnes turbæ exortæ ſunt. (4.) Non impeditu- 401.
rum fuiſſet, quòd collegium, cui nunc incorporatus, eſſet heterogeneum, ex diverſis opificiis conflatum, cui non interſint meri Pectinarii, ſed vix unus atque item alter. Quoniam omnia tamen hactenus conveniunt, quòd gratuita ſunt, geſchenckte Handwerge: quorum mores hoc ferunt, ut ſi deficientibus ſuæ ſpeciei ſodalibus, unus alteri magiſterium decernere velit, adhibeat ex aliis æquè gratuitis Paraſtatas. Si igitur diſperſis ea poteſtas 402.
competit, quare non in idem Collegium congregatis? Nec deficiunt exempla diverſiſſimæ conditionis opificum, ob id ſolum junctorum, quòd in hoc tertio: *Gratuiti:* conveniant. Ita enim Senatus Gorlitianus Tornatori Drechßler/ Pectinarium, Jeremiam Meck/ & Senatus Erffurtinus Pectinariis Cribrarium, Laurentium Fiſcher/ einen Siebmacher adjunxerit.

§. 39. Non igitur omnia illa impeditura ipſum fuiſſent, 403.
tum à novo peculiarique collegio inſtaurando, tum à jure coloniarum exterarum prohibendi, *dum ritè proceſſiſſet*, & in remediis adhibendis non impegiſſet: ſicut modò videbimus: Aſt, ſicut aliàs in proverbio, ita huc poteſt applicari: Etiam bona cauſa malè agendo perditur. Qui ſcopum habet, de mediis ad eum ducentibus aptis cogitare debet. Quoniam igitur vel ex metho- 404.
di propoſitæ legibus, poſt objectum, de Remediis agendum habemus, videamus *primò* καθ' ἄρσιν & *per remotionem*, quæ non conducant, eaq; ratione incidenter examinemus modos & errores Rhoſtii, ut ex adverſo tantò pateat clarius, quomodò ritè procedendum fuiſſet, & quæ remedia per *theſin* ſint adhibenda, adeoque unâ fideliâ duos dealbabimus parietes. Ac (1.) Non juvabat 405.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id370197097/89 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ipſum *Mutatio loci*, & quòd ſedem ſuam huc tranſtulerat: dum rarum non eſt, unius ejusdemque Collegii ſodales per diverſa loca diſperſos, Matrem tamen adhuc recognoſcere: quod & ipſe ab initio fecerat, nec penitus ſe exemerat. Non (2.) *impetratum*, ſtatim ab exceſſu Pectinarii Altenburgenſis, ibidem *jus civitatis.*
406. Sive enim & ille membrum fuerat Collegii Erfurtenſis, ſanè parum profeceris; nulla mutatio, nulla erit exemptio, ubi ſurrogaris in locum incorporati: ſive alterius collegii; & tunc aut itidem vis uti jure ſurrogationis, & nihil proficiet ad libertatem; huic an illi ſubſis! Aut credis, arbitrarium eſſe, cui te velis ſubjicere, an Tui juris eſſe: & eris quidem extra collegium, verùm tamen etiam extra jus prohibendi, quippe quô non niſi ſub auſpiciis collegii po-
407. teris uti: Ad nihil igitur hoc jus civicum proderit, quàm ad præventionem, Ne facilè quis audeat iſthuc commigrare, tanquam ad locum præoccupatum, & duobus ejusdem artis magiſtris ferendis fortè minus idoneum. Sed neque ſic ſatis tutus eras; quò minus vel nihilominus audeat ille, cùm te abſentem videret, neque enim in duobus locis ſimul habitare commodè poſſis: vel Magiſtratus loci provocet te ad declarandum, velis actu ibi habitare,
408. an alii habitationem concedere. Inquias: Filio tuo te id reſervatum voluiſſe: Aſt quid ſi nondum adoleverit, nec maturitatem ejus præſtolari velit Magiſtratus, cujus interſit, actuales quàm ſperatos habere cives? Nec juvat (3.) promiſcuus in quodlibet collegium ingreſſus, ſi non & illud ſuper hoc ipſo opificio fundatum
409. ſit. Eſt autem *Heterogeneum* iſtud Negotiantium opificium, der Krahmer Handwerge *collegium*, non tam operandi quàm negociandi gratiâ erectum, & ſic quodammodò reſtrictum, ad tertium iſtud Magiſtralium jurium genus: In manufacturis negociandi: & ſic ad effectum tolerandi inter mercatores, ſicuti noſtrâ etiam memoriâ regulares mercatores, quos dicunt ſtatos geſtandene
410. Krahmer eidem fuerunt uniti. Nam ſunt quædam opificia, quorum genius atque indoles fert negociationem, quod dicunt Aedificare forum, den Marckt bauen/ quæ *duplici* gaudent *collegiô*, alterô quidem peculiari ſeu particularii, quod eſt opificii ſeu *artis* ſuæ: alterô autem communi ſeu generali, quod eſt *Negociationis*, Ad jus igitur prohibendi ea, quæ ſunt artis & opificii tui,

non

non ſufficit incorporatio & autoritas amplioris hujus & exterioris collegii, Niſi gaudeas jure collegii particularis, & arti tuæ peculiaris. Sed nec (4) Articulus ille XVI. quem 1664. novæ confir- 411.
matione obtinuiſti inſerendum, ultra ſuum ſcopum & totius collegii naturam operari valet. Equidem diſponit ille, quemadmodum comparatus eſſe debeat Pectinarius, qui huic collegio deſiderat incorporari: Aſt hoc commune habet cum cæteris opificibus negotiantibus omnibus, ut ſe præter ſuum collegium particulare, habilitent quoque ad hoc generale: quin hoc collegium, & ſtatus ad hoc obtinendum aptus, præſupponit alia collegia, & iis fruendis aptitudinem aliam; ut duo in uno ſint reſpectùs, & tot qualificationes, quot beneficia. quorſum etiam inclinat Senatus in humilima ſua relatione ad Sereniſſimum *d. 15. Jun. 1676.* Ex eo- 412.
que eſt procul dubiò, quòd integrum Collegium negociatorium, cauſam hanc ſuam nunquam fecerit, aut ſe ulterius quàm intercedendo, referendoque immiſcuerit: quod facere utique debuiſſet, ſi ita invicem uniti fuiſſent, ut ad regularitatem officii magis, quàm ad negociandi facultatem reſpectus haberetur: quorſum demum faciunt exempla Görlitianum & Erfurtinum *ſup. num. 402.* adducta. Et ſanè fatendum eſt, hominem iſtum, pro ſaga- 413.
citate naturali, negocium tot clavis affixum, tot nodis conſtrictum, ſatis externâ ſpecie tenus muniviſſe: aſt, ſi rectè intuearis, aranearum telæ ſunt, quæ nec ſingulæ proſunt, nec univerſæ: Quoniam, quod palmarium erat, peculiare privilegium, ſeu tenacitate pecuniæ, ſeu nimiâ confidentiâ ſui, & quod ſanioribus conſiliis audiens non fuerit, omiſerat. Hoc unum ipſi deeſſe videtur, 414.
aut *jus collegii*, aut, ſi ob perſonarum defectû conſtituere nequiviſſet, ex utraque aula, Vinarienſi & Altenburgenſi, *privilegium* pro ſe & hæredibus impetraſſe: Atque iſtuc quoque reſpicere videtur Reſcriptum Illuſtris Regiminis Altenburg. *dat. 9. Octobr. 1675.* ad Senatum illius loci, in quo expreſſa ſit oppoſitio inter collegium cujuslibet opificii peculiare, & univerſale illud plurium opificiorum, in quod aliûs reſpectûs ergò ſunt conjuncti, ſed ejus intuitu nec jus prohibendi nec compellendi, ſc. *opificium*, habent.
verbb. Wir haben verleſen / was ihr auf M. H. Roſts / des Kamb- 415.
machers zu Jehna / wider hieſigen Kambmacher Matthæs Kolben ge-

geführte Beſchwerden unterthänigſt berichtet/ auch was von ietzt-
gedachten Kolben zu ſeiner Nothdurfft angeführet. Nachdem denn
die Kambmacher zu Jehna keine abſonderliche Zunfft haben/ ſon-
dern mit andern Handwerckern in einer geſamten Innung ſtehen.
Im übrigen/ berührter Kolbe von dem Kambmacher Handwerge
zu Erffurt vor einen Meiſter albereit erkennet und ausgeſprochen.
So können wir geſtalten Sachen nach/ nicht befinden/ wie beſag-
ter Roſt/ zumahlen er ſelbſt das Meiſter-Recht des Orts erlanget/
Kolben ein mehrers zu muhten/ und dahero das Handwerck alhier
zu treiben verwehren/ oder ihn in die Jeniſche Innung ſich zu bege-
geben/ füglich anhalten könne. Und begehren demnach hiermit/
Ihr wollet denſelben dieſer Unſer reſolution gemäß beſcheiden/und
416. Kolben bey Treibung ſeines Handwercks ſchützen ꝛc. Quanquàm
deniq; (5) & in eo peccaverit, quòd extra hæc præſidia poſitus, ille
unus, auſus fuerit, *Diffamando* negociũ tractare adverſus tam nume-
roſa collegia, Qui & ſumptibus & viribus longè illis erat inferior,
& dum conſentiebant modò, omnium boëthorum acceſſum illi
præcidere, adeoque occaſionem opificii exercendi penitus abſtra-
here poterant, ut ad aliam atque aliam profeſſionem tranſire ne-
417. ceſſum habeat; quô emolumentô familiæ, viderit ipſe. Nec facit
pro ipſo inficiatio; Docuerunt ipſam adverſarii *d. 26. Jan. 1676.*
Et licèt domi ad ea reſponderit, attamen vel ad notitiam adverſa-
riorum Judicisve haud pervenerunt, vel in loco incongruo propo-
ſita fuerunt, ut deſideratum effectum haud conſecuta fuerint: Sed
cùm Diffamatio ſuam habeat ſedem, hîc ceſſamus. Quibus o-
mnibus poſitis, facilè diſſolvuntur fundamenta *ſup.* §. *38.* ſtructa.
418. Nam (1.) Præoccupatio impedit quidem ne temerè quis accedat,
ſed tamen, jus non tribuit, adventantem expellendi. (2.) Confir-
matio illa pertinet ſolùm ad collegium majus & exterius, Negocia-
torium, Non minus & interius, Opificiarium. (3.) Obſervantia
locum habet in collegiatis: qui enim alium conatur ſuperare, de-
bet illo fortior eſſe; planè uti nudô pactô non tolluntur ipſo Jure
obligationes civiles. §. *3. J. de except.* ad quem tx. vid. Fachin.
419. *Lib. X. controv. 96. & XIII. 23.* (4.) Pollicitatio illa exaudienda
eſt Regulariter. Poſſunt caſûs eſſe, quibus ad diſpenſandum mo-
veantur. Sicuti & (5.) annum illum licebit anticipare, ſalvis
mori-

moribus, ſi circumſtantiæ admittant, puerorum multitudinem non facilè metuendam, v.g. Diſtantia Loci, quâ non confeſtim ac pro lubitu ad collegium acceſſus patet. Incertum an elapsô annô puer affuturus ſit. Ad (6.) Decretum, ſeu potius reſolutionem 420.
non ultra tendere, quàm ut novus civis ſe ut regularem opificem legitimet coram collegio, ne poſthac ſtatûs patiatur controverſiam. Et quia Rhoſtius tale quid de ſe jactavit, vîderit ipſe quomodo ſe legitimet! ex hac ſanè reſolutione, quæ nihil ipſi tribuit, ſed adeſſe præſupponit, nihil probabit.

§. 40. Efficacia autem & legitima Remedia, ſunt *vel* judi- 421.
cialia *vel* extrajudicialia. Illa intelligo conſvetam *implorationem officii Judicis*, pro defendendo jure per privilegium indulto: quæ non eſt ordinaria actio, nec proceſſu ordinariô exequenda, ſed ſummariis accenſenda, diverſis ex cauſis. *Cùm*, quia Privilegium concernit; *tum*, quia ſimilis eſt cauſis mercatorum: *tum* quia plerumque de Poſſeſſione litigatur. Eas autem extraordinarias ſeu 422.
ſummarias eſſe, conſtat ex Carpz. *Proceſſ. Tit. 1. art. 1. n. 48. ſqq.* Fit autem iſta imploratio utplurimùm nuncupativâ delatione ad Magiſtratum loci, v.g. Senatum, ad quem in hac urbe cauſæ opificiariæ pertinent, excluſô Prætore, Niſi ad ordinarium deveniatur proceſſum: alioquin à Senatu rectà itur ad Principem, vel illuſtre Regimen. In amplioribus civitatibus peculiare ſolet eſſe tribunal ſeu prætorium, die Handwercks Ruge conſtitutum. Per- 423.
tinent huc etiam *ſupplicationes* Principi factæ, Senatu præteritô, ad quem tamen vel remittuntur, vel Relationes deſiderantur. Iſtud verò ad Exſecutionem referendum, quando petentibus Collegiorum Senioribus, Senatus Excubiarum Præfectum Senatorium Rahts Wachmeiſter/ cum miniſtris adjungit, vel turbatorum inquirendorum, vel alia de causâ; ſicut *ſup.* dixiſſe meminibus, ad civitatis portas pecudum arcendarum gratiâ vigiles appoſitos aliquando fuiſſe. Affine quidpiam eſt præſidium, & *protectio*, ſeu 424.
præſtatio annuæ ſummæ Schutzgelt / quod aliqua Collegia Senatui vel Præfecto Ducali propterea pendunt, ut adverſus turbationes efficacius aſſecurentur. Ita Reſtiones noſtri ubi jus magiſterii conſequuntur, inter alias præſtationes Senatui medietatem floreni miſnici, & tantundem Præfecturæ exſolvunt, ſub qua domici-

425. micilium conſtituunt. per *ſtatut. art.1.* Per extrajudicialia remedia regulariter aliàs exaudiuntur ea, quæ manu fiunt & in facto magis quàm jure conſiſtunt, adeoque illicita ſunt: Verùm dantur aliquando media jure probata, nihilominus alibi & aliàs quàm in Jure judiciove exercenda, v.g. Transactio: ſed in præſens laudabimus amicabilem denunciationem & admonitionem de ceſſando,
426. Da man einen beſchicket und beſprechen läſſet. Deinde, dantur & perſonæ, non usque quaque ad alieni auxilii devinctæ implorationem, ſed aliquali Jurisdictione, certè analogicâ præditæ, ut ſibi ipſis præſidio eſſe poſſint; qualia ſunt & Collegia, tam opificiaria quàm cœtera. Unde, quod ſuâ autoritate faciunt, extrajudiciale dici poteſt, factâ relatione ad Judicem ordinarium; quanquàm factum ipſum non ſit absque omni cognitione judiciaria, ſc. ab
427. ipſo collegio inſtituta. Sed, cùm de Jurisdictione Collegiorum peculiariter dicere conſtituerimus, pro nunc materiæ præſenti non amplius inſiſtemus, Tranſituri ad alterum hujus Tractationis caput, de Jure Prohibendi paſſivo, ſeu quod aliis adverſus opifices competit; conf. *ſup.* §.1 *n.10.*

## Cap. X.
## De Prohibita Opificum habitatione.

428. §. 41. Sunt etenim opificia, ſunt ipſi etiam opifices non ejusdem indolis, ſed alia non niſi cum ſtrepitu, fragore atque ſtridore exercentur, id quod officinæ fabriles præ cœteris oſtendunt, quibus Vietorum ſeu Doliariorum nihilô cedunt: Alia, cùm ejusmodi tumultum in ſe non requirant, nihilominus, cùm nullas ingenii, ſed manuum vires deſiderent, ſolent Magiſtri cum boëthis, tyronibusque inter operandum cantare atque integram viciniam
429. perſtrepere. Qua ratione non modô meditationes Literatorum, verùm non raró cœteræ quoque actiones, ubi vocem mutuò exaudiri neceſſum eſt, turbantur. Utrum autem atque utro modô id fiat, tædioſum eſt. Quare non raró manibus pedibusque laborant vicini, cùm audiunt, ejusmodi opificem in ſuam viciniam
430. commigraturum eſſe, ut impediant & arceant. Et ſanè ſervitus hæc libero homini foret intolerabilis, Coactum eſſe, totis diebus

ac noctibꝰ aures ſuas æternis hiſce boatibus tumultibusque verberari: Unde Sybaritæ nullum opificem, putà Fabrum ferrarium, lignarium & alium qui cum ſtrepitu opificium ſuum exerceret, adeoque quietem eorum turbaret, in civitatem ſuam admiſerunt. Sed, cùm commodà ſede excludi, durum & ipſis videatur opifici- 431.
bus, adeoque omni niſu intentionem proſequantur, nec deſint, qui tela ipſis ſuggerant, ſic ut hinc & inde jure agi videatur, operam non malè locaturos nos puto, ſi prolatis utrorumque fundamentis, rem paulò accuratius expendamus, & quid uno vel altero caſu juſtius ſit, examinemus. Et quidem (1.) Emtio vendi- 432.
tio contractus eſt Juris gent. *l. 1. §. 2. ff. de contrah. emt.* liberrimus, ad quem quisque admittendus, qui ſpeciatim non legitur prohibitus: & Emtio ædium vicinarum eſt ex genere permiſſorum: cur non & ad eam admittendi opifices? Sanè (2.) Jus retractûs ex capite vicinitatis æquè opificibus competit; cæteris autem vicinis Literatis adverſus opifices ex eo capite nullum! Quòd ſi ergò (3.) domum ex hoc contractu fecit opifex 433.
ſuam, licebit eidem & opificium ſuum inibi exercere: quia & opificia ſunt actûs permiſſi, & ubi aliàs quàm in ædibus ære ſuô emtis? Eſt enim rerum ſuarum quisque moderator & arbiter. *l. 21. C. Mand.* nec cuiquam hominum jus ſuum detrahendum *§. 2. J. de his qui ſui vel al. jur.* Longè minus (4.) exinde planè debebit rur- 434.
ſus expelli atque invitus extrahi; quia domus cujusque ſua tutiſſimum ipſi præbet refugium atque receptaculum. *l. 18. ff. de In jus voc. l. 103. ff. de R. J.* Et, ſi Literatis ſuæ competunt prærogativæ atque privilegia, non invidenda quidem, verùm (5.) nec extendenda illa in aliorum damnum & injuriam *l. 40. ff. de Admin. tut. l. 28. in f. ff. de Teſtam. mil. arg. c. 11. x. de For. comp.* Beſold. *p. 1. Conſ. 88. n. 81.* Si porrò (6.) ſtrepitus quorundam opificum, 435.
quem Literati prætendunt, ſufficiens eſſet cauſa eorundem non admittendorum, foret & ejiciendorum, dum ſemel admiſſi Literatos prævenerunt. Favor enim ſtudiorum æquè retrorſum deberet operari atque antrorſum: Jam verò Literati, quos opifex prævenerat, tolerare eum tenentur; quâ igitur ratione hi ſtudia ſua continuare poſſunt, eâdem poterunt & illi quibus opifex ſe immiſcere cupit. Quinimò (7.) quid ægroto gratius aut ad recuperandam 436.

ſanitatem conducibilius quiete ac ſomnô imperturbato? nec tamen in gratiam ejus ab operando ceſſare aut planè migrare tene-
437. tur. (8.) Commendatur Demoſthenes, quòd vadoſis littoribus inſiſtens, declamationes, fragoribus fluctuum obluctantibus libenter edebat; ut ita ad fremitum concitatarum concionum patientiâ duratis auribus uteretur. Val. Max. *Lib. 8. cap 7.* Quintilian. *Lib. 10. Inſtit. orat. cap. 3. in fin.* vide Alciat. *ad l. 1. ff. ſol.*
438. *matr. n. 52.* Accedit (9.) peculiaris alicujus civitatis ſtatus, civium vitæ genus & profeſſio, quòd artificia, quòd mercatura, pluribus opficibus indiga, ibidem floreant, Sey uff Handlung und Handwerge gewidmet: Sicut E. una hirundo non facit ver, nec unicus Literatus loco alicui proventûs ac lucrum haut affert, von einem Mann könne ſich die Stadt nicht nehren. E. nec in ipſius
439. gratiam ſtatus & habitudo loci invertenda. Aut ſi vel maximè (10.) Academia aliquò deſtinetur, Literati plures ſimul accedant, poſtmodùm augeantur, & civibus ubique ſe immiſceant, eos ubique ſequantur; ſanè tandem ubique expellent, omnes anguſos occupatos tenebunt. Tenebitur E. Princeps cœterorum quoque civium curam habere: Nec enim Reſp. ex meris Literatis conſtat. E. ita privilegiandi, ne cœteri ſupprimantur.

440. §. 42. Enimverò, etſi regulariter cuivis pro lubitu emere & conducere ædes liceat, *arg. l. 1. §. 2. de contrah. emt. l. 5. ff. de J. & J.* Nec cuiquam facultas contrahendi, vel in ſuo quid faciendi, ſit deneganda. *§. f. J. de his qui ſui vel al. jur.* attamen vel ſolus ſtudiorum favor, Doctoribus, Profeſſoribus, Advocatis aliisque Literatis id privilegium indulget, ut prohibere poſſint opifices, putâ Fabros, Vietores, aliosve, ſtrepitu quodam artem ſuam exercentes, quò minus ad emtionem vel conductionem ædium juxta Literatorum domos admittantur. conf. Klok. *de ærar. L. 2. c. 35. n.*
441. *44.* Quia quidquid ſtudiis impedimento eſt, facilè abrogari, aut ſaltem temperamentum quoddam admittere poteſt. Eſt enim favor ſtudiorum maximus *l. 50. ff. fam. erc. l. 28. ff. ex quib. cauſ. maj. Auth. Habita C. Ne fil. pro Patr.* qui ab utilitate publica vel maximè dependet, ut proptereà omnibus privatis commodis anteferri debeat *l. 33. ff. de Injur. l. 43. verſ. nam propter publicam. ff. de*
442. *Relig. & ſumpt. fun. l. 15. verſ. multa a. jure civ. ff. ad L. Aquil.* Atqui

qui intempeſtivi ejusmodi ſtrepitûs opificum, meditationes Literatorum impediunt, & ſtudia quæ tranquillum habitandi locum requirunt, vehementer perturbant. arg. *l. un. C. de ſtud. liberalib.* Coler. *de proceſſ. execut. part 1. cap. 4. num. 8.* ibi: turbantur actu legentes. Non enim tam verborum & cantionum, quàm etiam verberum & incudis percuſſione quietem vicino Doctori adimunt. Nec ſolùm aures ſed & mentem quaſi verberant, ut diſer- 443.
tè loquitur Foppius ab Aezema *Lib. 1. diſſert. XI.* Joach. Cluten *diatribar. Juſtinian. VII. th. 31.* Joh. Schneidvv. *ad § f. J. Loc. n. 6.* Ergò ſufficientem illorum repellendorum præbent cauſam: Si maximè ſpectemus (2.) quòd nec Literatus Literato obſtrepere, ſeque invicem turbare permittantur *d. l. un. C. de. ſtud. liber.* Ac 444.
cedit (3.) quòd ædificia privata & alia opera, quæ mœnibus vel publicis operibus ita ſociata cohærent, ut ex his incendium vel inſidias vicinitas reformidet, aut anguſtentur ſpacia platearum, vel minuatur porticibus latitudo, dirui ac proſterni præcipiantur in *l. 14. C. de oper. publ.* Non mirum E. ſi propter eandem publ. utilitatem artifices repellantur. Nam publica privatis anteferenda 445.
bonis. *l. 43. ff. de Relig. & ſumt. fun. l. 9. §. 1. ff. de Public. & vectig. Nov. 39. cap. 1.* At verò in Studiis liberalibus major adhuc eſt utilitas quàm in publicis illis ædificiis. Nicol. van der Hoogh. *ſingular. jur. ſing. 38.* (4.) Denique hujus juris ratio fundatur, in jure Præventionis, qualem etiam Menoch. *A. J. Q. L. 2. cent. 3. caſ. 237. n. 7.* aſſignat. Matth. Coler. *de Proceſſ. exec. p. 1. c. 4. num. 8.* quem laudat Dn. Richter. *ad Auth. Habita. part. 3. membr. 2. pag. 49. & 50.* Et quanquam Matth. Coler. *d. tr. cap. 4. n. 8.* videa- 446.
tur hoc privilegium ſaltim ad *Doctores* reſtringere: Tale, inquiens, eſt privilegium ordinis Doctoralis, contra Fabros ferrarios & lignarios, item alios malleatores, qui ſuô ſtrepitu nocturnô & diurnô impediunt meditationes & ſtudia Doctorum; quòd Doctor, maximè actu legens, quatenus prævenit Fabrum, poſſit eum expellere ex vicinia. Pro *ratione dub.* poſſet afferri, quòd ædes quas 447.
inhabitat Studioſus, non ſint ipſius, nec adſit ille in Academia eo animô, ut perpetuò ibi commoretur, ſed abſolutô curſu vel aliquando citius, pro commoditate vel alia neceſſitate, rurſus diſcedit; quare non debet ei propter unius anni ſubſiſtentiam indulge-

ri ut arceat opificem in perpetuum. Præprimis quia Studioſo fa-
448. cilius eſt conducere, quàm Opifici Emere. Verùm, cùm ipſe Co-
lerus *d.l.* non diffiteatur, quòd in hoc vertatur communis Schola-
rum utilitas, & ne actu legentes turbentur, neque diſtrahantur à
lectionibus publicis: Ita Br. & Jaſon. *in l. 1. ff. ſol. matrim. n. 46.*
Eman. Svarez. *theſaur. commun. opin. lit. f. n. 2. fol. 270. b.* propter-
eà etiam ob eandem rationem, quæ militat quoque in *Studioſis*,
hocce privilegium illis tribuendum eſſe, rectè docet Rebuff. *privil.*
449. *3. n. 4.* ubi hanc opinionem ſuam confirmat, quòd non minor ſit
utilitas in Studentibus, ratione habitâ ad tempus futurum, quàm
in Doctoribus: quia Doctores ſuô tempore Scholares fuerunt, &
Scholares efficiuntur Doctores, *arg. c. 34. de Elect. in 6.* Alciat.
*ad l. 1. ſol. matr. n. 52. ſq.* Menoch. *A. J. Q. caſ. 537. n. 4.* David.
Döring. *Biblioth. jur. verb. Advocatus. num. 539.* Nicol. van der
Hooch. *ſingular. jur. 38. n. 2.* Nim. non evaſuri Doctores, ſi impe-
diantur Studentes. Et ſicuti de deſtinato ad Clericatum aſſerit Feli-
nus *in c. 17. x. de Reſcript.* quòd gaudeat privilegiô clericali: Ita
quoque in materia favorabili, diſpoſita in Doctoribus, locum ha-
450. bebunt in Studioſis. Ad inſtantiam de variatione Studioſorum,
*Reſponderi* poteſt, Beneficium non ad individua, ſed ad ſpeciem
reſtringendum, adeoque non perſonaliter ſed realiter intelligen-
dum, ſic, ut Mage Dominus ædificii in quo plura ſunt muſæa, ſo
auf Studenten-Stuben gebauet/ quàm Studioſi, agere valeat ſuô,
ſuarum ædium, & Studioſorum tam præſentium quàm futurorum
451. nomine; licèt enim diſcedant hi, ſuperveniunt tamen alii. Quam-
vis verò præfatum privilegium de expellendo ſtrepifero vicino, &
ſtudiũ quoquo modô impediente, principaliter competat Profeſſo-
ribus & Studioſis in Academiis verſantibus; Idem tamen extenden-
dum eſt, ob eundem favorem & utilitatem publicam, ad alios Do-
ctores, qui *extra Academias*, aliis in civitatibus, patrocinando,
conſulendo, judicando, ſe exercent, atque in aulis, curiis, foro,
judiciisque velut in adminiſtrationis Reip. ſibi concreditæ piſtri-
452. no ſtrenuè laborant: Per ea quæ exponit Caſp. Klok. *de Contrib.
cap. XV. n. 13. ſqq.* Et ita Ampliſſ. Facultas Juridica in Univerſi-
tate Lipſienſi *d. 23. Aug. 1617.* ad conſultationem Senatûs Naum-
burgenſis pronunciavit, cujus reſponſi partem Dn. Finkelthaus

*lib.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id370197097/98
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

*lib. ſing. obſ. 64. n. 26.* integrum autem tenorem Dn. Richt. *ad Auth. Habita. C. Ne fil. pro Patr. pag. m. 50. ſq.* recenſet, ſeqq. verbis:

§. 43. Hat bey Euch in der langen Marien-Gaſſen Hr. P. Cruſius, 453.
der Artzney D. und beſtallter Phyſicus, an der lincken Seiten ſeines Hauſes einen Seyler wohnenend gehabt / und wohnen gleich gegen ihrer beyde Häuſer über zweene Dd. Juris, Herr Martinus Harniſch und Herr Bernhard Beer / ſo alle drey Euch mit Bürgerl. Pflicht zugethan. Es hat aber kurtz verruckter Zeit der Seyler ſein Haus einem Bötticher / Blaſio Loſen verkaufft / deme ſolchen Hauskauff gemeldte drey Dd. nicht zulaſſen wollen / und bey Euch gerichtlich geſucht / daß ihr dieſen Böttichher / welcher ihnen an ihren ſtudiis mit ſteten Pochen ſehr verhindert ſeyn würde / den Einzug in deß Seylers Haus verbieten und vom Kauff abweiſen / hingegen ſie bey ihrem Privilegio Doctorali und erlangter prævention handhaben / und deſſen genüßlich empfinden laſſen woltet / nach mehrerm Inhalt Eurer Frage. Ob nun wol der Bötticher in ſeiner über- 454.
gebnen Schrifft vorbringen laſſen / daß die gedachte Herren Dd. zur Naumburg / und nicht auf einer Univerſität oder in loco ſtudii generalis ſich aufhielten / und daſelbſt des practicirens gebrauchten / und alſo nicht Profeſſores oder actu legentes weren / ſo wol in etlichen Univerſitäten / als zu Jehna und Wittenberg / die Profeſſores unter denen Handwercks-Leuten wohnen ſolten und dieſelben wol dulden könten / auch zu Naumburg exempla und andere motiven angezogen. Dennoch aber / weiln den Doctoribus das Privile- 455.
gium, Schmiede / Böttiger und andere dergleichen Handwercker auszutreiben / und neben ſich in die Nachbarſchafft nicht einkommen zulaſſen / vornehmlich uff ihre ſtudia, und derſelben exercitia gemeinet und angeſehen / damit ſolche / gemeinem Nutz und Wolfahrt zu Schaden / nicht turbirt und verhindert würden / und dieſe endliche Urſachen in andern vornehmen Städten ſo wol als denen Academiis Raum finden. Ferner auch / nach gemeinem Schluß der Rechtsgelehrten / alle und iedere privilegia, ſo die PP. und actu legentes haben / den Doctoribus, Advocatis und andern / welche Praxin exerciren / zugeeignet / und ſie dieſelben zugebrauchen wolbefugt ſeyn / Und dann / was etliche Dd. auf Univerſitäten und in andern Städ-

ten dißfalls aus guten Willen nachgelaſſen/ und von ihren Rechten gewichen/ den Klägern alhier zu keinem Nachtheil gereichen
456. mag. Uber dieſes auch ſie den Böttcher præveniret/ und vor ſeinem geſchloßnem Kauff in der Gaſſen gewohnet/zugeſchweigen/daß endlich Eurem Bericht nach/ der Bötticher ein anders bequemes Haus in der Mühlgaſſen zu überkommen gute Gelegenheit hat. So können auch die drey Dd. dem Böttcher das von ihme wieder ihre privilegia zur Ungebühr erkaufftes Haus beziehen und einnehmen zulaſſen/ wieder ihren Willen zuverſtatten nicht gezwungen werden/ ſondern es wird des Böttichers Kauff billich hinterzogen/und ihme der Einzug ins Haus von Euch verbohten. V. R. W.
457. Ita quoque eodem tempore in Collegio Juridico Jenenſi reſponſum fuit; cujus tenorem pro complemento materiæ, cum pace Lectoris, in ipſius gratiam huc transſcribemus: Als ihr uns Euer hinc inde ergangene Wechſel-Schrifften ſub lit. A.B. & C. ſambt andern Beylagen Herrn Petri Cruſii, der Artzney Doctoris und beſtalten Phyſici, wohnhafft in der langen Marien-Gaſſen bey Euch/und Herrn Martin Harniſch/ſo wol Herrn Bernhard Beers/ Beyder der Rechten Doctorn, ſo gleich gegen Herrn D. Cruſio über wohnen/ aller drey Euer beſeſſenen Bürger/ Kläger an einem/ Blaſii Lohſen/ Böttichers/ welcher ermeldtem Herrn D. Cruſio an die Seite/ Herrn D Harniſchen und Herrn D. Beern gegen über eingekaufft und einziehen wollen/ Beklagter anders Theils/ zugeſchickt/ und darüber Euch des Rechten zuberichten gebehten/
458. Demnach ſprechen wir vor Recht: Ob gleich des privilegii Doctoralis, Schmiede/ Bötticher und dergleichen unruhige Handwercks-Leute auszutreiben/ und neben ſich in der Nachbarſchafft nicht einkommen zu laſſen/ vornemlichen und deßhalben deſtomehr ſich die Dd. uff Univerſitäten und actu legentes anzumaſſen/ damit ſie nicht von ſolchen Handwercken an ihren profitiren/ daran dem gemeinen Nutz zumahl viel gelegen/ gehindert oder verunru-
459. higet werden möchten. Ferner/ deß Beklagten Vorgeben nach/ bey Euch in der Stadt Naumburg weil ſie geſtanden/ berührtes Privilegium Doctorale niemahls in Ubung bracht worden/ ſondern vielmehr andere Dd. und vornehme gelehrte Leute unter Schmieden/ Schlöſſern und dergleichen Handwercks-Leuten wohnen/auch

eben

eben in der Marien-Gaſſen Böttcher/ Schlöſſer/ Schmiede und Wagner anietzo noch wohnhafftig/ dahero der Klägere ietziges Suchen und Klagen wieder Beklagten für eine unerhörte Neuerung angezogen werden. Hierüber Beklagter nicht allein mit 460.
Euer und der Stadtgerichten Vorwiſſen/ Erlaubniß und ratification, gleichsfalls von einem Handwercks-Mann das ſtreitige Haus erkaufft/ ſondern auch durch Ubergab der Schlüſſel/ des Hauſes Poſſeſs allbereit erlanget haben wil/ Inmaßen er denn ferner/ ſeinem Andeuten nach/ mit Bauen darein viel verwendet/ daß er alſo nur an völligem Einzug verhindert/ gehemmet/ und gleichſam ſeiner erlangten Poſſeſs hierdurch/ ohne vorgehende Rechtliche Hinausführung und Erkäntnüß hinwieder deſtituiret werden wolle. Welche Umſtände dann/ do ſie alſo in facto veri- 461.
ficiret werden könten/ ſonder Zweiffel der Beſchaffenheit/ daß in gegenwärtigem Fall die Kläger ſich des obberührten Doctoraliſchen Privilegii wieder Beklagten/ denſelben damit an völligem Einzuge zuverhindern/ und in gerühmter Poſſeſs zu turbiren/ ſchwerlich zu erfreuen hetten. Dennoch aber/ weil mehr erwehn- 462.
tes der Doctorum Privilegium, (welches zwar vornehmlichen die Profeſſores uff Univerſitäten angehet) der bewehrten Rechts-Lehrer einhelliger Meinung nach/ ohne Unterſcheid denen Dd. Advocatis und Practicis ſo wol als den P. P. in Academiis, ratione præventionis, nicht unbillich zugeeignet und zugeſchrieben wird. Sintemahl uff beeden Theilen einerley cauſa & favor ſtudiorum ac utilitatis publicæ, warum nemlichen ſolches der Befreyung und andere Immunitäten der Doctorum und derer Perſonen in Rechten verliehen/ und ſolche nicht nur an einen oder andern privilegiirten locum ſtudii generalis gewidmet/ gebunden und reſtringiret/ Ingleichen die von Beklagtem angezogne Special Umſtände und 463.
andere motiven, in facto nicht klar gemachet und erheblich beygebracht/ ſondern vielmehr dieſelbigen von den Klägern zur gnüge wiederleget und abgelehnet. Als erſcheinet auch nunmehro aus der Parthеyen beyderſeits Verbringen ſo viel/ daß dem Böttcher der Einzug in das/ von ihm zur Ungebühr wider der Doctorn Privilegium erkaufftes Haus/ nicht unbillich zu verbieten. V. R. W. Ampliatur (3.) Procedere, ſi Literatus cum opifice in 446.

emenda

emenda vel conducenda domo *concurrat*, ut ſc. eum poſſit repellere: quia eadem h. l. ſit ratio Concurſûs quæ Præventionis, & quod opifex concurrens, tamen non præoccupaverit. 2.) quia potior habenda cauſæ majoris quàm minoris ratio *arg. l. 54. ff. de Judic.* & Melius præfertur Bono. *arg. l. 12. verſ. ſane quod. C. de Procur.* Freundeberg. *de Reſcript. mor. concl. 48. num. 26.* (4.) Ampl. ut opifex à *Collegio* quoque *publico* & ejus vicinia poſſit repelli, per rationem à min. ad majus: quia utique poteſt repelli
465. à domo privati. (5.) Denique doctrina hæc ampliatur ratione objecti, atque adverſus illos opifices extenditur, qui *arte* quadam *fœtidâ* occupantur, v. g. Pelliones, qui alicubi juxta cum Alutariis & Coriariis extra oppidum collocantur; & Pelliones quidem tantò juſtius, quoniam ultra fœtorem, quô naribus moleſti ſunt, toti quoque vicinæ ſuô ſtrepitu, quando baculis pelles feriunt
466. & excutiunt, Fell ausklopffen/ moleſti exiſtunt; quin & ſolo fœtore locus peſtilentioſus fieri, ipſiusque ſtudia interrumpere poteſt, ut loquitur Ulpianus in *l. 2. §. 29. ff. Ne quid in loc. publ.* Alciat. *ad l. 1. ff. ſol. matr. n. 56.* ibi: non minus quàm gravis odor coërceatur. Benius *de privil. JCtorum p. 3. c. 69. n. 12.* Unde & ad iteratas inſtantias Martini Schrümpfs Protonotarii, Nicolao Rittern aliquoties injunctum, ut pelles non in platea, ſed area ſua excutiat, muriam autem de noctu effundat.

467. §. 44. Declaratur tamen ſuprà tradita doctrina, dummodò Literatus *prævenerit* Opificem emendo vel conducendo, qui alibi æquè commodè habitare poſſit: Siquidem præoccupantis ſemper melior eſt conditio *l. 32. ff. de Procur. l. 14. ff. de Nox. act. l. 19. pr. ff. de re jud.* tum propter prioritatem temporis, quia qui prior tempore, potior jure; tum propter prærogativam poſſeſſionis; quæ nemini auferenda; hinc illud: Beati poſſidentes. vid. *c. 14. x. de Procurat. L. 46. de Elect. in VI.* Cluten. *diatrib. Juſtin. 7. th. 31. verſ. ſed ſententia ita demum recipienda.* Menoch. *A. J. Q. caſ. 237. n. 47.* Coler. *d. tr. cap. 4.* Tib. Decian. *tr. crim.*
468 *L. 4. c. 20. n. 3.* Atque horſum etiam in antè propoſito caſu potiſſimùm reſpexerunt Dnn. JCti Curiæ Provinc. Elect. Sax. Witeberg. ita reſpondentes: Als Ihr Uns Euren Bericht und angeheffte Rechts-Frage/ſamt den Beylagen ſub lit. A. B. und C. zugeſchickt/und euch des Rechten darüber zuberichten gebehten habt/

Dem-

Demnach ſprechen wir verordnete Dd. des Churfl. Sächſ. Hofgerichts zu Wittenberg darauf vor Recht: Hat Petrus Cruſius, der Artzney Doctor und beſtallter Phyſicus bey Euch/ in der Marien-Gaſſen wohnend/ einen Seyler zum Nachbar gehabt/ und gegen ihnen beyden über wohnen zweene Dd. Juris, Martinus Harniſch und Bernhard Beer aneinander. Als aber vor etlich Tagen Blaſius Lohs/ ein Bötticher daſſelbe Haus gekaufft/ haben ſie wieder ſolchen Kauff proteſtiret und ſich deſſen beſchweret/ darauf ſie beyderſeits wieder einander mit Wechſelſchrifften verfahren/ Da 469.
nun gedachter Blaſius Lohs ein mehrers nicht/ als davon ſeine Supplication mit B. vermeldet/ anzuziehen hette/ dargegen aber obenangezogene drey Dd. das Jus Præventionis, und daß ſie allbereit zuvor daſelbſten gewohnet/ für ſich haben/ und bevor/ weil Eurem Bericht nach/ der Bötticher Blaſius Lohs/ andere bequeme Gelegenheit in der Mühlen-Gaſſen zu überkommen. Als ſeyd Ihr ihm/ ſich des Einziehens in deß Seylers Haus zu enthalten/ aufzuerlegen/ wol befugt. V. R. W. Sed no 470.
vum circa hanc declarationem emerſit dubium ♀ *17. Septembr. 1680.* eo caſu, quô præxtiterat opifex ſtrepiferus, ſed qui tolerari utcunque potuiſſet, cùm, quia ob ſumtuum defectum, vel affines cauſas, opificium adeò ſtrenuè non exercebat, tum quia tantus fragor ac tumultus in illo opificio non eſt qui in reliquis, tolerantiam inſuper expreſſam à ſuperveniente Literato ſtipulatus, aliquandiu quietè ſatis vixiſſet: Poſt exactum aliquod tempus no- 471.
vum opificium ſuperiori tumultuoſius tractare incipiebat: Unde quæſitum: An hoc ipſi tanquam præoccupanti liceat? & num Literatus tanquam ſuperveniens id tolerare neceſſum habeat? Non video equidem ullum quod pro Opifice pugnet præſidium. Nam quæ Præventio, quæ Stipulatio allegantur, de ſtatu priori Opificis ſimplici, quô ſolum Pixidarius ſeu Sclopetarius erat, exaudiendæ: Telis ſi manſiſſet, à nemine quoque turbaretur. Nunc 472.
autem ubi novum aſſumſit ſtatum, factus etiam Serarius, duplicem exercet artem atque officinam; utique alius à ſe ipſo, cum quo pactum initum eſt, evaſit, & quæ olim tractata ſunt, amplius ad eum non attinent, omnia enim exaudienda ſunt: Rebus ſic ſtantibus; cauſâ in eodem ſtatu permanente. Non licuit ipſi certâ

ratione pacto, peregrina onera aſſumere, & ſub ſpecie priori uſurpare. Planè, uti non licitum eſt ei, cui ſervitus aquam ſuam per
473. canales alterius ducendi competit, aquam vicini ſuperioris ad ſe recipere, & ad inferioris vicini fundum derivare, ut ſimul perfluant; & cui pecudes puras ad agrum vel fontem alterius pellere permiſſum, ſues adſumere non eſt integrum, Nec is cui ducentas oves in meo paſcere conceſſi, trecentas & ultra aſſumere debet:
474. Alioquin me defendam: Ajo, Jus tibi non eſſe, ſervitutem habere auctiorem; Ita nec, qui nos prævenit & à nobis tolerantiam eſt ſtipulatus ut artifex ſimplex & quietus, urgere ea fundamenta poteſt; aſſumtô novo ſtatu ſtrepiferô. Quare *ampliamus* ſup. traditam doctrinam de expellendo, etiam ad præoccupantem & ſtipulantem, ſed, *ſtatu mutatô*: ut fallat adeò declaratio proxima.

475. §. 45. Sed quid Juris in caſu, quô artifex aliquandiu non inhabitavit, vult autem ad eas vel ipſe reverti, vel alii locare, vel filium aut generum in eas conſtituere? Quid etiam, ſicubi Literatus ædes ſuas actu non inhabitet, Annon intereà tumultarius opifex in viciniam ſuam commigrare permittendus? Caſus hic ventilatus 1660. quando Mich. Felſch/ Vietor aulicus, domum ſuam, è regione & in medio ædium habitandis miniſtris Eccleſiæ deſtinatarum poſſeſſam tenus hac, ſed non inhabitatam, eò, quòd cellam Ducalem inhabitaret ibique opificium ſuum exerceret, nunc genero
476. ſuo, itidem Vietori cedere vellet: Senatus oppidanus vetuit hunc pecuniam numerare, ac juſſit illum vel alii vendere vel locare, à quo ſtrepitus non metuendus, ſed qui profeſſionem ſuam quietè & in ſilentio exerceret: Non obſtante, quòd nullus Sacerdotum habitationem ſacram incoleret, ſed ædes quisque in urbe diſperſas poſſideret. Nim. incertum erat, quamdiu proprietatem hanc ipſi eſſent continuaturi, & Num & ſucceſſores eorum talem habituri:
477. Tenebatur igitur ærarium Eccleſiaſticum quavis occaſione ædes illas paratas habere, non tantùm ad inhabitandum, verùm etiam ut liberæ ab omni onere eſſent, & ne quid intereà de illarum jure, commoditateque decederet: nec non penſionem ſuppeditare; propter quam aliis Literatis interim elocaverant, qui eandem quietem urgebant. Cùm igitur ad ſupplicem ejus Vietoris inſtantiam Senatui relatio injuncta, eaque facta eſſet, ſequenti reſcri-

ptô *12. Sept. 1660.* res fuit deciſa: Uns iſt vorgetragen / was Ihr uff 478.
unterthänigſtes Suppliciren Michaël Felſchens / Eures Mitbür-
gers zu Jehna / wegen eines bey der Superintendur und Caplaney
gelegnen / und von ihm hiebevor erkaufften / numehr aber ſeinem Ey-
dam einem Böttcher / darinen ſein Handwerck zutreiben / einge-
reümten Hauſes / und des ihm / genantem Felſchen deßhalben ge-
tahnen Gebohts / daß er gedachten ſeinen Eydam wieder daraus
ſchaffen ſolle / zu Euren nohtdürfftigen Bericht in Unterthänig-
keit überſchrieben und darneben gebehten. Wann wir denn die 479.
Urſachen der aufferlegten Räumung berührtes Hauſes vor erheb-
lich genug befinden. Als laſſen wir es bey ſolcher Eurer Anordnung
und Geboht allerdings bewenden / Hierauff begehrende / Ihr wol-
let mehrbemeldten Felſchen Krafft dieſes nochmahl andeuten / daß
er aus oberwehntem Haus / gedachten ſeinen Eydam / daferne er
ſein Böttcher-Handwerck darinnen zutreiben gemeinet / ohne fer-
nere Verweigerung ausſchaffen / und daſſelbe entweder an einen
andern Käuffer oder Miehtmann bringen ſolle rc. Ex ſuprà lau- 480.
datis reſponſis alia fluit declaratio: (2.) Dum *loci aptitudo id per-
mittat.* Si enim Doctor vel Profeſſor in vico Fabrorum conſueto
emeret aut conduceret domum; Tum opificem poſteà ementem
vel conducentem expellere non poſſet. Ratio eſſe videtur, quia
in ea via fabri artem ſuam exercere conſveverunt; & ſic neligen-
tiæ vel culpæ ſuæ adſcribat, quod in tali via ædes, conduxerit. Be-
nius *de Privil. JCtorum part. 3. cap. 69. n. 2. f.* Aut ſi civitas in ſe 481.
ſit anguſta, Literatis repleta, ut non principalis platea, non vicus,
non angiportus detur, quin Doctor, Studioſus aut Literatus alius
ibi habitet, ſic ut nusquam aliò ſecurè commigrare opifex queat,
ratio autem artis ſit, ut extra murum & portas omnes illius opificii
Magiſtros ejicere non ſit conſultum, propter ſubitaneos casûs,
quibus de noctu, clauſis portis opus eorum auxiliô habere poſ-
ſimus,

§. 46. In Summa, Tota res hæc ad arbitrium Judicis aut ad 482.
ipſius Principis diſpoſitionem ſpectat, qui pro loci, pro tempo-
rum perſonarumque conditione ac habitudine ſtatuet, quod cui-
vis aptum & conducibile ſit; quanquam & conſuetudini ſuus
relinquendus ſit locus. vid. Alciat. *ad l. 1. ff. ſol. matr. num. 51.*

